

Bibliothèque numérique

medic@

**Du Bois, François / De Le Boë,
Franciscus dit Sylvius. Casus
medicinales annorum 1659-60 & 61**

Trajecti ad Rhenum : apud G. Van de Watter, 1695.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?22153x02>

B. FRANCISCI DE LE BOË , SYLVII, HANOVIENSIS,
quondam apud Amftelodamenses Practici feliciffimi, famigeratiffimi; tandem
vero Lugduni Batavorum Medicinæ Professoris publici, longeque
celeberrimi, defideratiffimi

CASUS MEDICINALES,

Sive

HISTORIÆ ÆGROTORUM,

Quorum curam An. 1659. 60. & 61. in Noſocomio Leydenſi proprio
Marte & Arte (i. e. remediis ſibi uſualibus & propriis, hicque
in fine appoſitis) ſingularis informationis ergo
induſtrius ſuſcepit;

Quamque Curam

JOACHIMUS MERIAN, Philoſ. & Med. Doct. nec non pro nunc
Phyſ. Mœno - Francofurtenſis Patrius Ordinarius; tum temporis autem
Medicinæ Candidatus ex ore Præceptoris ſui perpetuò venerandi
volante calamo excepit.



CAN

CASUS MEDICINALES

ANALYTIKAE

Quoniam cum in hunc annum 1659-60 & 61 in hoc collegio lectum proprio
 hunc & Artē (i.e. remedia huiusmodi & propria, huius
 in hunc apponit) singularis informationis ergo
 hunc huiusmodi huiusmodi
 hunc (Francis
 hunc huiusmodi

JOACHIMUS MERIANUS, Philol. & Med. Doct. nec non pro mag.
 hunc huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
 hunc huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
 hunc huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi

1659
1660
1661

Co
hunc

is &

JOACHIMUS MERIAN, Phil. & Med. Doct. nec non Phys.
M. F. Patrius Ordinarius;

CANDIDO BENEVOLOQUE
LECTORI SALUTEM

καὶ εὐπρόσθετον!

Desideras omni procul dubio Benevole Candideque Lector aliquod CASIBUS hisce MEDICINALIBUS B. SYLVII præmissum alloquium. Verùm re ipsa loquente nullis certè opus esse verborum ambagibus, in confesso est apud omnes cum nec Vinum per se vendibile hederà indigeat suspensâ. Ne autem in ipso statim opusculi hujus limine Benevolum te Candidumque Lectorem infalutatum planè relinquam, paucis, quæ dicenda sunt, tibi aperiam mentem meam. B. Sylvius (Franciscus de le Boë alias dictus,) quis Natione, Stirpe, Studio, Eruditione & Professione, uno verbo: quis Vitâ denique & Morte fuerit olim, Opera ejus omnia in Belgio uno volumine comprehensa, typis mandata, inque publicam edita lucem abundè testantur. Præceptor fuit quondam meus, nunc desideratissimus, omnique honoris titulo semper & ubique nominandus, & quidem An. 1659. 60 & 61. cujus in Medicinâ per totum vitæ meæ curriculum (sint hinc laudes DEO T. O. Trino & Uni infinitæ!) nec inter vivos nec mortuos proh dolor! habui parem, multò minus superiorem. Summæ ergò & perpetuæ Gratitude in tesseram, Memoriam atque Monumentum non periturum DIARIUM hocce Ægrotorum, sive COLLEGIUM Casuale Præcticum & Medicum piis, probis atque industriis, imò VERITATEM verè amantibus Præceos Medicæ tandem Candidatis & jam Initiatis (non autem Veterinariis, qui se super ipsum SALOMONEM sape-

re firmiter & indubitato, sed vanissimè sibi persuadentes neminem, nisi semetipsum pertinaciter & malevolè decipiunt,) Christiano & misericordià Divinam per gratiam pleno (absit jactantia verbis) ex affectu & corde publicè communicare volui, debui; Omne enim Verum Bonum, quod desuper à Patre Luminum descendit, sui est communicativum! Accipe igitur Candide Benevoleque Lector hocce donum meum, (quod certè totum B. SYLVII Opus, quamvis à se non conscriptum, est, & quidem proprium, cui ut aliquid de meo addam, vel de suo demam, mihi ut Viro Bono non licet) qualecunque, nec aspernare, sed eo utens frui, quâ tibi prodesse potest atque proderit semper & ubique, quâque prædita est virtute, quam etiam ipse perpetuis extollam & commendabo laudibus; animum verò meum, proximo suo juxta DEI præcepta nullo non tempore inferviendi cupidissimum, promptissimum (quem operis hujus fructus non contemnendus, quemque animitus & toto ex corde tibi opto, ubertim tandem propalabit,) hisce tibi habeas quàm commendatissimum. Vale, & benè semper Age!

B. FRAN-

B. FRANCISCI DE LE BOE, SYLVII, HANOVIENSIS,
CASUS MEDICINALES,
 Sive
HISTORIÆ ÆGROTORUM.

C A S U S . I.

Vir quidam conquerens de ventristorminibus & febre quartanâ, assumtis sequentibus remediis melius se habuit.

℞. Gumma. Ammoniac. Mastich. el. ana ℥j,
 Chalyb. præp. gr. xv.
 Trochisc. albandal. ℥ss.
 Ol. dest. granor. junip. gutt. vii.
 M. & form. Pilul. N^o. xxx.
 De hisce assumat sæpius N^o. v.

Posthæc assumit sequ.

℞. Mass. Pil. fetid. maj. ℥j.
 F. pilul. N^o. v.
 pro unâ vice.

Tandem sequ. assumit. haustum.

℞. Aqu. fumar.
 Theriacal. simpl. ana. ℥ss.
 Ocul. Cancr. ℥ss.
 Syrup. quinque Rad. ℥ss.
 M. f. haustum.

C A S U S . II.

Puella 20. annor. hysterica passione ex flatibus à pituitâ viscidâ exortis, cum summâ viscerum alteratione & convulsione affecta à sequent. Medicamento bis assumto convaluit.

℞. Aqu. petrosel.
 Fenic. ana. ℥ss.
 Spir. Vin. Rectific. ℥ss.
 Acet. Stillat. ℥vj.
 Ocul. Cancr. Ppt. ℥ss.
 Antimon. Diaphor. ℥j.
 Laud. Opiat. gr. iij.
 Syrup. quinque Rad. ℥j.
 M. ad Vitr. & inde sumat sæpius Cochl. j.

NB. Hæc mixtura secundâ vice iterata est.

C A S U S . III.

Puella laborans febre tertianâ, à sequ. haustu assumto mox rediit ad pristinam sanitatem.

℞. Aqu. Card. Bened.
 Theriacal. simpl. ana ℥ss.
 Syrup. de Fenic. ℥ss.
 Sal. Armoniac. gr. xij.
 M. pro Haustu.

C A S U S . IV.

Vetula, quæ laborabat inflammatione oculorum, præscript. est sequ. collyr.

℞. Aqu. Rosar. Alb. ℥ss.
 Fenic. ℥ss.
 Sief. Alb. ℥j.
 Vitriol. Alb. gr. iij.
 M. ad Vitr.

Hæc Vetula in inguine habuit etiam ulcus palmæ magnitudinem æquans, ex quo singulis mensibus effluebat sanguis; quod si verò obstruebatur illud, sanguis per alia foramina, quæ Natura sibi parabat, exiit.

Contrâ hunc affectum sequ. decoct. purg. fuit præscriptum.

℞. Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
 Rad. liquerit. Ras. ℥vj.
 Baccar. Junip. ℥ss.
 Pulp. Colocynthid. ℥j.
 Coqu. s. a. in Aqu. pur. ad Colatur. ℥xxx.
 Quib. add.
 Syrup. de Sennâ. ℥iij.
 M. & sumat alternis dieb. inde Haustum.

CASUS V.

Viro, qui febre intermittente ex pituitosis humoribus laborabat, sequi decoctum purg. fuit præscript. de quo alternis dieb. haust. assum-
sit.

R. Rad. apii. ℥j.
Levistic. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥j.
Sem. Anis.
Dauci. ana ℥ij.
Coqu. ex Aqu. Pur. q. s. In Colatur. ℥xxv.
Dissolv.
Syrup. de Rhabarb. simpl.
de Sennâ. ana ℥ib.
add.
Spir. Salis rectif. ℥j.
M. ad Vitr.

CASUS VI.

Fœminæ, quæ de angustiis circa præcordia à pituitosis humoribus & inde ortis flatib. conquerebatur, sequi mixtura præscripta fuit.

R. Aqu. Lavendul. ℥ib.
Theriac. simpl. ℥b.
Syr. de Stachad. ℥j.
M. ad Vitr.

CASUS VII.

Puellæ Scrophulis affectæ sequi. Pilul. ordinatæ fuere.

R. Gum. Galban. c. acet. præp. ℥b.
Myrrh. Rub.
Mastich. el. ana ℥j.
Chalyb. præp.
Castor. opt.
Croc. Britannic. ana ℥b.
Trochisc. albandal. ℥b.
Resin. Jalapp. ℥j.
Ol. dest. Junip. Gutt. vi.
M. F. Pilul. No. I.
Dosis No. v. singulis vicibus.

CASUS VIII.

Viro qui de summo conquerebatur æstu sequi mixtura præscripta est.

R. Aqu. Borrâg. ℥ij.
Cinamom. ℥j.
Acet. Stillat. ℥x.
Ocul. Canceri ℥b.
Antimon. diaphor. ℥j.
Laud. Opiat. gr. iij.
Syrup. de succ. Acetosa. ℥j.
M. assumat cochleatim.

CASUS IX.

Viro pituitosis humoribus scatenti sequi. Pilul. ordinatæ fuere.

R. Gum. Ammoniac. c. Acet. præp. ℥b.
Castor. Opt.
Mastich. el. ana. ℥j.
Croc. Opt. gr. vi.
Trochisc. albandal. ℥b.
Ol. dest. Succin. Gutt. vi.
M. F. Pilul. No. xxv.
Assumat. altern. dieb. No. v.

CASUS X.

Viro, qui flatibus & bilis acrimoniâ laborabat, cujusque massa sanguinea erat nimis ferosa, sequentes pillulæ præscriptæ fuere.

R. Gum. Ammoniac. c. Acet. præp. ℥b.
Mastich. el. ℥j.
Tart. Vitriolat. gr. xv.
Myrrh. rub. ℥b.
Croc. Britann. gr. vi.
Aloës rosat.
Resin. Jalapp. ana ℥j.
Ol. dest. Junip. Gutt. vi.
M. F. Pilul. No. xxx.
Sumat subinde iij.

CASUS XI.

Viro, qui ab acrimoniâ humorum infimo in ventre vexabatur, sequi fuere præscripta.

R. Mass. Pil. de Cynogloss. ℥j.
F. Pilul. No. VIII.
Assumat. subinde j. aut alter.

R. Aqu. Hyssop.
Fenic. ana ℥j.

Tit.

Tinctur. Cinamom. ℥℔.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. de Hyssop. ℥vj.
M. assumat cochleatim.

CASUS XII.

Viro, debilitate ventriculi, à depravato ejus fermento laboranti, sequentia fuere præscr.

℞. *Mass. Pil. Mastich. ℥j.*
F. Pilul. N^o. v. assumat eas unâ vice.

℞. *Aqu. Menth. ℥ij;*
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Elixir. proprietat. ℥℔.
Spir. Salis rectif. Gutt. viii.
Syr. de Menth. ℥j.
M. assumat sæpius cochl. j.

CASUS XIII.

Vetulæ Angustiâ præcordiorum & tussi laboranti sequ. decoct. pectorale est ordinat.

℞. *Rasur. lign. Guajac. ℥ij.*
Rad. liquir. Ras. ℥j.
Sem. anisi. ℥ij.
Coqu. ex Aqu. Pur. q. s.
Colatur. ℥xxxv.
add.
Oxymel. simpl.
Syrup. de Hyssop. ana ℥j.
M. assumat sæpius Haustulum.

CASUS XIV.

Puellæ affectione hypochondriacâ flatuosâ, ex pituitâ viscidâ, Clar. Sylv. Melancholiâ dictâ, laboranti prout ex seqq. sign. diagnost. patebat, seqq. pillulæ sunt præscriptæ.

Sign. Diagn. Dolor aderat lumbor. tumor hypochondrii sinistri; malè se habebat venter; sentiebat cordis palpitationem, à quâ liberabatur & levamen sensit; flatibus emissis; tandem corpus subinde attollebatur cum motu membrorum convulsivo; multos emittebat ructus, & cordis anxietate premebatur.

℞. *Gumm. Sagapen. c. Acet. præp. ℥℔.*
Castor. Opt.
Mastich. el. ana ℥j.

Myrrh. Rub.
Chalyb. præp. ana ℔℔.
Trochisc. Albandal.
Resin. Jalapp.
Scammon. ana ℥j.
Ol. dest. Succin. Gutt. vi.
M. F. Pilul. N^o. xl.
Assumat subinde v.

CASUS XV.

Mulieri febre tertianâ laboranti præscripta est sequ. Mixtura, Cochleatim assumenda.

℞. *Aqua fumar. ℥ij.*
Fenicul. ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Spir. Vin. Rectif. ℥iiij.
Ocul. Cancr. ℥℔.
Syr. Papav. errat. ℥j.
M. ad Vitr.

CASUS XVI.

Viro pituitosis humoribus scatenti sequ. Pilul. fuere ordinata.

℞. *Gumm. ammoniac. c. Acet. præp. ℥℔.*
Mastich. el.
Carabes albiss. ana ℥j.
Myrrh. Rub.
Croc. Britann. ana ℔℔.
Trochisc. albandal. ℥℔.
Resin. Jalapp. ℥j.
Ol. dest. Junip. Gutt. vi.
M. F. Pilul. N^o. xl.
Dof. N^o. v.
Altern. diebus.

CASUS XVII.

Viro ascite & febre erraticâ continuâ laboranti sequ. mixt. est præscr.

℞. *Aqu. petrosel.*
Fenic. ana ℥i℔.
Tinct. Cinamom. ℥vi.
Syr. quinque Rad. ℥j.
Spir. Nitri Gutt. viii.
M. assumat cochleatim.

C A S U S XVIII.

Foeminae passione hysterica laboranti sequi.
Mixt. praescripta est.

R. *Aqu. Puleg.* ℥ij.
Tinct. Castor. ℥ss.
Syr. quinque Rad. ℥vj.
M. assumat cochleatim.

C A S U S XIX.

Viro, qui flatib. vexabatur, sequi. Decoct.
Carminativ. fuit praescript.

R. *Rad. Apii.*
Levistic. ana ℥ss.
Baccar. Junip. ℥j.
Rasur. lign. guajac. ℥ij.
Sem. Anis.
Fenic. ana ℥ij.
Coqu. s. a. in aqu. Pur.
Q. s. ad Colatur. ℥xxx.
In quibus dissolv.
Syr. Ment. ℥iij.
Spir. Vin. redif. ℥ij.
Nitr. ℥j.
M. capiat subinde haustulum.

C A S U S XX.

Viro, cujus humores scatebant spiritu acido, temperaturæ ergò sequi. est ordinat.

R. *Ocul. Cancr.* ℥j.
Terr. sigill. ℥ss.
Cret. Alb.
Lap. hematit. ana ℥ss.
M. & divid. in 3. p. aequal. quar. 1. sumatur mane, altera in meridie, & tertiâ sub vesperam, sed omnes c. haust. Vin.

C A S U S XXI.

Pro Viro tussi laborante.

R. *Rad. Apii.*
Fenic. ana ℥j.
Baccar. Junip. ℥ss.
Sem. anis. ℥ij.
Rad. liquirit. Ras. ℥ss.

Coqu. in Aqu. Pur. q. s.
In Colatur. ℥xxv. Dissolv.
Syrup. de hyssop. ℥ij.
M. & sumat. subinde haustum.

C A S U S XXII.

Pro foemina angustis circa praecordia laborante.

R. *Aqu. Ment.*
Fenic. ana ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥ss.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥vj.
M. & sumat sapius cochl. j.

C A S U S XXIII.

Pro foemina febre intermittente laborante.

R. *Aqu. fenic.* ℥j.
Theriaca. s. ℥vj.
Antim. diaphoret. ℥ss.
Elix. propriet. ℥j.
Syr. quinque Rad. ℥ss.
M. assum. cochleatim.

C A S U S XXIV.

Pro muliere de flatibus in lumbis conquerente.

R. *Aqu. petrosel.*
Fenic. ana ℥j.
Spir. Vin. redif. ℥ss.
Laud. Opiat. gr. ij.
Ol. dest. anis. Gutt. viii.
Syr. Ment. ℥j.
M. assumat subinde cochl. j.

C A S U S XXV.

Pro puella à vaporibus biliosis in lumbis vexata.

R. *Aqu. Cichor.* ℥ij.
Fenic. ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥j.

Anti-

Antimon. Diaphor. ℥℔.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syrup. de Bethonic. ℥j.
M. assumat cochleat.

CASUS XXVI.

Pro Virgine hysterica passione affecta.

℞. *Aqu. Lavendul. ℥v.*
Theriacal. simpl.
Tinct. Castor. ana. ℥j.
Laud. Opiat. gr. v.
Ol. dest. Succin. ℥℔.
M. & sumat inde sæpius Cochl. j. aut alter.

CASUS XXVII.

Pro Virgine, quæ ex flatulentiâ & febre decumbebat.

℞. *Aqu. Menth. ℥ij.*
Aqu. fœnic. ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Spir. Nitri. Gutt. viii.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. de Menth. ℥j.
M. assum. cochleatim.

CASUS XXVIII.

Pro Viro, tussi à salis & acribus humoribus vexato.

℞. *Mass. Pil. de Cynogloss. ℥j.*
F. Pilul. No. viii.
Sumat subinde j.

CASUS XXIX.

Pro muliere, quæ ardore faucium cum febre continuâ laborabat.

℞. *Aqu. bord. ℥xx.*
Syrup. Violac. ℥ij.
Spir. Salis ℥℔.
M. assumat sæpius haustum.

CASUS XXX.

Vir quidam conquerebatur de torminibus, tumoreque ventris & pedum; si flatus emittebat, levamen sentiebat; angustiis circa præcordia premebatur, cum tensionibus; non poterat esse extra lectum, sed semper opus habebat decumbere. Præscripta est ipsi sequi mixtura.

℞. *Aqu. petrosel.*
Fœnic. ana ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Laud. Opiat. gr. ij.
Oculor. Cancr. ℥℔.
Acet. stillat. ℥℔.
Syr. de Menth. ℥j.
M. sumat subinde Cochl. j.

CASUS XXXI.

Pro Viro, qui conquerebatur de tussi, à catharris exortâ.

℞. *Hord. Mundat. & ad crepatur. coct. ℥j.*
Amygd. dulc. excort. ℥ij.
F. l. a. Emulsio, ad ℥xxii. cui add.
Syr. Fufubin. ℥j.
Subinde sumat æger haustum.

CASUS XXXII.

Pro Viro febre imminutâ laborante.

℞. *Aqu. theriacal. simpl. ℥j.*
Fœnic. ℥ij.
Laud. Opiat. gr. iij.
Sacch. alb. ℥j.
Ol. dest. Anis. Gutt. xii.
M. exactè & assumat inde sæpius æger Cochl. j.

CASUS XXXIII.

Pro Virgine, cui sanguis ex gingivis sæpe effluebat, sequi gargarism. est præscriptus.

℞. *Rad. bistort. ℥ij.*
Fol. Salv.
Flor. Ros. rubr. ana Mj.
Sem. Levistic. ℥j.
Alum. crud. ℥ij.

b

Coqu.

B. FRANCISCI DE LE BOE, SYLVII,

Coqu. ex Aqu. pur. add. sub fin.
Acet. Vin. ℥ij.
In colatur. ℥xxv.
Dissolv.
Mell. rosat. colat. ℥ib.
M. hoc gargar. aliquantul. calefacto sapius
ebuat os & gingiv.

Syr. Menth. ℥j.
M. & assumatur cochleatim.

Ab hac mixt. melius se habere incepit, quare
iterata est.

C A S U S XXXIV.

Virgini scrophulis laboranti sequ. præscript. est
haust. per infer. purgans humores pituitosos,
solutos, & ad glandulas colli delatos.

℞. Elect. hydragog. ℥iij.
Aqu. fœnic. q. s. pro haustu.

Huic puellæ Chirurgus scrophulas sive glandu-
las tumefactas aperuit scalpello ferreo, quod Ger-
man. dicitur ein stiethe, sed maluisset Cl. Sylv.
ut apertæ fuissent scalpello aureo, ex quibus mul-
tum materiæ effluxit.

C A S U S XXXVII.

Pro Viro qui laborabat alvo adstrictâ, præ-
script. est sequ. Elect. de quo subinde sumat
quantitatem nucis avellanæ vel juglandis par-
væ.

℞. Conserv. Rosar. Pallidar.
Pulp. Tamarindor. ana ℥j.
Elect. hydragog. ℥vi.
Crem. Tartar. ℥j.
Misc.

C A S U S XXXVIII.

Viro, cui multa pituita viscida hærebat in inte-
stino tenui, circa lumbos, & quam bilis im-
mixta mutat in flatu, unde abdominis tensio;
illa pituita etiam mixta sanguini, causat febrem
quotidianam; in cerebro capitis dolorem grava-
timum; & in habitu tandem corporis pedum tu-
morem; præscript. est sequ. decoct.

℞. Rad. apii.
Fœnic. ana ℥j.
Rasur. lign. guajac. ℥iij.
Pulp. colocynthid. ℥j.
Passular. maj. mund. ℥iij.
Coqu. ex aqu. pur. ad Colatur. ℥xx.
Quibus add.
Syr. de belleb. nigr. ℥iij.

Misc. & de hoc sumat per aliquot dies hau-
stulum, observatâ tolerantia.

C A S U S XXXV.

Pro Viro febre quotidianâ continuâ laboran-
te.

℞. Rad. Levistic.
Apii. ana ℥j.
Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
Baccar. Junip. ℥ij.
Pulp. colocynthid. ℥j.
Rad. Falapp. ℥ij.
Coqu. s. a. in aqu. pur. ad Colatur. ℥xxx.
add.
Syr. de belleb. nigr. ℥iij.
Spir. Vin. rectific. ℥ij.

Capiat sæpè haustulum, observatâ tolerantia.

C A S U S XXXIX.

Viro, qui conquerebatur de Vomitibus acido-
rum, ructibus amarorem spirantibus, debili-
tate corporis, & tumore pedum, præscripta est
sequ. mixt.

℞. Aqu. Menth. ℥ij.
Tinct. Cinamom. ℥b.
Spir. Nitri. Gatt. vi.

Pro Viro tussi & alvo adstrictâ laboranti sequ.
decoct. est præscript.

℞. Rad. liquir. Ras. ℥b.
Fœnic. ℥j.
Rasur. lign. guajac. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥j.
Pulp. colocynthid. ℥j.

Coqu.

Coqu. in aqu. pur. q. s. ad Colatur. ℥xxx.
Quib. add.
Syrup. de Sennâ ℥ij.

M. & capiat subinde, id est, per aliquot dies haustulum, observatâ eûphœsia.

CASUS XL.

PRO puero, cujus morbum, propter delirium, quo laborabat, Cl. Sylv. cognoscere non poterat, ut innotesceret, sequ. præscr. est mixtura.

℞. *Aqu. Bethonic. ℥ij.*
Cinamom. ℥℔.
Acet. stillat. ℥vi.
Fuleb. Rosat. ℥j.
M. pro haustu.

CASUS XLI.

PRO puellâ febre quotidianâ laborante, à pituitâ & bile in intestino tenui circa lumbos inter sese effervescentibus (quæ effervescencia oritur à spiritu acido pituitæ juncto cum sale lixivioso bilis) unde frigus in regione lumborum & toto corpore; dolor capitis acris in dextrâ parte (hic est à vaporibus biliosis) & tandem angustia circa præcordia; præscripta est sequ. mixt.

℞. *Aqu. fœnic. ℥ij.*
Theriacal. simpl. ℥j.
Acet. stillat. ℥vi.
Antimon. diaphor. ℥℔.
Syrup. quinque Rad. ℥j.
Laud. opiat. gr. ij.
Misc. sumatur cochleatim.

CASUS XLII.

VIr quidam conquestus est de amarore oris; ructibus amarorem spirantibus; æstu in lumbis; ardore in excretionem fecum alvinarum & urinæ, tensione ventris, & dolore totius corporis.

Præscript. est sequ. mixtura;

Quia causa est bilis peccans quantitate & qualitate (acris enim est) ut & motu, fertur enim

superius in ventriculum, ex nimia in intestinis cum pituitâ (in quâ acidum peccat) effervescencia.

℞. *Aqu. plantag. ℥ij.*
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Spir. Nitri Gutt. viii.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. Acetosit. citr. ℥j.
M. & subinde sumat parum.

℞. *Extracto Cholagog. ℥ij.*
Aqu. fœnic. q. s.
M. & f. haustus.

Post assumpta quievit, & ab assumpto purgante vomuit.

Iteratus est haustus purg. superius præscriptus.

℞. *Aqu. Menth.*
Plantag. ana ℥℔.
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Spir. Salis Gutt. xii.
Syrup. myrtin. ℥j.
M. & utatur eâ cochleatim.

NB. Hæc mixtura ipsi præscripta est, quia conquirebatur de palpitatione hypochondriorum (à bile nimis attenuatâ) & ardore in excrementorum excretionem.

Quoad omnia symptomata, præter quod adhuc sentiat æstum in lumbis, post assumpta melius habet, Præscript. est ei sequ. remed.

℞. *Pulp. Tamarindor. ℥ij.*
Elect. è succ. Rosar. ℥j.
Conserv. Ros. Pallid. ℥℔.
Cremor. Tartar. ℥j.

M. & f. Condit. de quo pro tolerantia capiat per plur. dies quantitatem nuc. avellanæ. Omnia, quæ assumpsit, rursus evomuit, præter condit. ex quo leniter deponit alvum; Pulsus est parvus; Urina turbida magis, quam unquam fuit.

Continuet in assumptione conditi.

Asuescit assumptioni ciborum; Pulsus major est, ac antea fuit; Urina etiam non amplius adeo turbata; quare ipsi iterata est mixt. nuper præscripta.

Jam delirat, & reliqua omnia pejus se habent. Mortuus est.

CASUS XLIII.

PRO Viro, qui conquestus est de summo frigore circa lumborum regionem in paroxysmo febrili, post ipsum autem de summis doloribus in pedibus Clar. Sylv. judicavit id fieri à spir. acido in pituitâ præternaturali abundante, quare præscripsit ei sequ. mixt.

R. *Aqu. Petrosel.* ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥j.
Syr. quinque Rad. ℥x.
Laud. Opiat. gr. ij.
M. assumat cochleatim.

CASUS XLIV.

PRO puellâ febre intermittente laborante.

R. *Aqu. Petrosel.* ℥ij.
Fenic. ℥j.
Theriacal. simpl. ℥ss.
Ocul. Cancr. ℥j.
Antimon. Diaphor. gr. xv.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥vi.
M. & assumat cochleatim.

CASUS XLV.

VIRO, qui 4. Decembr. summè incalescens bibit haustum frigidæ, unde sensit paroxysmum febrilem, cum summo frigore in lumbis; nunc autem conqueritur de dolore pectoris cujus causam judicavit Cl. Sylv. esse pituitam; quare ei præscriptum est sequ. remedium. 6. Dec.

R. *Rad. fenic.*
Apii. ana ℥j.
Rasur. lign. Guajac. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥ij.
Sem. Anis.
Dauci. ana ℥ij.
Passular. Maj. mund. ℥ij.
Coqu. s. a. in aqu. pur. ad Colatur. ℥xl.
Hisce add.
Syr. de Sennâ. ℥ij.

M. de hoc assumat sæpius (pro tolerantia tamen) haustum.

R. *Trochisc. beccicor.* Alb. ℥ij.
d. ad Chart.

Sign. Brust und Husten Röchlein.
Horum sumat subinde j. aut alter.

Hic æger conqueritur ulterius de dolore pungente in extremitate pedum, forsan ab humoribus vel vaporibus acris propter laborem impeditum ibi hærentibus, quare ipsi præscript. est sequ. pedilavium.

R. *Rad. Alth.* ℥ij.
Fol. Malv.
Verbasc.
Violar. ana Mij.
Sem. lin.
Fenugrac. ana ℥j.

Concisa & contusa coqu. in aqu. q. s. cui calesfactæ semper impon. pedes manè & vesperi. Ad tussim utatur seqq.

R. *Sacch. Alth.* ℥j.
D. ad Chart.

R. *Mass. Pil. de Cynogloss.* ℥ss.
E. Pilul. No. xij.

Har. j. assumat subinde, ad contemperandum & educendum acres humores.

Levamen habet ex pedilavio.

Cum à superius præscr. purgante ritè non fuerit purgatus, sed tantum semel aut bis, idè aliud ordinat. est.

R. *Elect. Hydragog.* ℥ij.
Aqu. Hyssop. q. s. pro haustu, quem altero die manè sumsit.

Cum posthæc incaluisse, ob defectum cerevisiæ aquam bibit, quare nunc tam de tussi, quam de dolore laterum conqueritur; Assumit purgans & excrevit phlegmata; febris vaga est, nulum planè saporem perferit in ore. Causa est aquæ frigidæ potus, unde, dum per œsophagum descendit, asperam arteriam, arteriam magnam, venam cavam & azygos dictam potest afficere, unde dolores laterum, tusses &c. deinde in ventriculo alia incommoda potest generare.

Conqueritur de dolore in pectore, non pulmonibus.

Non est Pleuritis vera, quia non tam gravia habet symptomata, quæ ad pleuritidem veram requiruntur, est autem notha, ab inflammatione pectoris; pituita enim soluta à potu frigidus potest

feâ hærebat, hinc obstructio, vapor. ruptio & inflammatio.

Hinc Cl. Sylv. conclusit ægrum abundare sanguine pituitoso, qui mali causa est; quod potest probari ex eo, 1. quod nullum planè saporem sentiat in ore, 2. ex phlegmate expectorato, ut & 3. aliis symptomatibus ritè penitatis.

In tali casu in principio statim valet sudoriferum; nunc autem dissolvens, incidens & acrimoniam temperans, & est illud, quod superius est præscript. Ab hoc assumpto semel deiecit, & aliquantò melius habuit; phlegmata spumosa, tussis causam expectoravit; Pulsus melior est. A duodecim cochli. decocti purgantis 8. Dec. præscript. vehementissimè purgatus est; febris est levior; commodius respirat; tussis verò adhuc urget.

R̄. *Mass. Pil. de Cynogloss.* ℞j.
F. *Pil. No. VIII.* assumat subindè j. & alter.

In omnibus sentit levamen.

Iteretur apozema pectoral. 6. Dec. præscr.

Iterentur etiam pilul. de Cynogl. & trochisc. pectoral.

15. Dec. Alvi feces duriore fuerunt, segnis enim erat in assumpt. medicamenti.

16. Dec. Humores in hoc ægro Cl. Sylv. dicebat esse valdè compactos, & quamvis tussiat, tamen id non fit cum tantà difficultate, ut antea. Iteratus est haustus hydragog. cum trochisc. becchic.

17. Dec. Iterat. est apoz. pectoralè purg. 6. e. jusd. præscr.

18. Dec. A purgante debilis est, & hodiè manè frigus sensit, calor haud molestus est; evomit etiam.

21. Dec. Tussis adhuc est gravis, & dolor circa pectus. Iterati sunt troch. becchic.

24. Dec. Iteretur apozema pectorale purg. 6. Dec. præscript.

27. 28. Dec. Iteretur apozema prædict.

29. Dec. A medicamento levamen habet, & jam restitutus est.

31. Jan. Indies melius se habet.

CASUS XLVI.

PRO VIRO, qui conquestus est de hæmorrhoidibus tumefactis in ano, ab acrimoniâ fecum, præscriptum est sequ. linim.

R̄. *Ungu. Populeon.* ℞vj.
Boli Armen. ℞j.

Opii. c. Ol. Rosar. q. s. dissolut. ℞℞.
M. f. linim.

CASUS XLVII.

VIRO, qui sensit nuper insultum Epilepticum, præscripta est sequ. mixt.

R̄. *Aqu. fl. tilia.* ℞ij.
Theriacal. simp. ℞℞.
Tinct. Cinamom. ℞vi.
Syr. stæchad. ℞j.
M. assumat eam cochleatim.

Ab hac mixt. assumta melius se habet, quare iterata est.

CASUS XLVIII.

VIRO, qui conquerebatur de pruritu in toto corpore à vaporibus biliosis acribus; & stupore (id est, dolore formicante) in inguine & femore, ab humoribus pituitosis, nervos comprimentibus:

Ad prurit. præscript. est sequ. sudorifer.

R̄. *Theriac. Androm. Veter.* ℞j.
Antimon. Diaphor. gr. VIII.
Syr. quinque Rad. ℞℞.
Aqu. fenic. q. s. ad haust. Misc.

Ad stupor. autem sequ. linim.

R̄. *Ungu. Martiat.* ℞ijj.
Ol. lumbrio. terr. Nardin. ana ℞ij.
Dest. succin. ℞j.
M. f. limiment. ad Ollam.

CASUS XLIX.

VIRO, qui conquerebatur de alvo adstrictâ à fecibus induratis, sequ. est præscript. Condit.

R̄. *Pulpæ Tamarind.* ℞j.
Elect. è succ. Rosar. ℞℞.
Crem. Tartar. ℞j.
Conserv. Ros. Pallid. ℞vj.
M. f. condit. de quo aliquoties sumat quantit. magnitudine nuc. Jugland.
b. 3.

CASUS L.

Viro, qui urinam reddebat cum ardore, & sentiebat dolorem in pene, præscripta est sequ. Mixtura.

℞. *Hord. Mundat. & ad crepatur. Coct. ℥j.*
Sem. Melon.
Cucum.
Papav. alb. ana. ℥ij.
F. Emuls. ad. ℥xv.
quibus add.
Syrup. de Alth. Fernel. ℥iss.
M. & de hac subinde sumat haustulum.

Huic ægro, cum scateret etiam humoribus viscidis præscript. est sequ. Mixt.

℞. *Rasur. lign. guajac. ℥iij.*
Rad. liquir. Ras. ℥xj.
Apii. ℥iss.
Baccar. Junip. ℥ij.
F. Decoct. in aqu. pur. in Colat. ℥xl. dissolv.
Syr. de quinque Rad.
Sennâ simpl. ana. ℥ij.
M. & sumat subinde haust.

Hic æger 8. Dec. accessit, & à calore furni difficultatem in respiratione contraxit ante 12. annos; jam magis affligitur hyeme quàm ætate, vel alio tempore; fitit & à potu venter distenditur, ut & à cibo calido; à flatibus emissis melius habet, non est nauseabundus nec noctu solebat dormire, nunc autem satis dormit. Post calorem à furno potum frigidum sumsit, & sitim non potuit sedare, hinc tussis cum anxietate pectoris; ab eo tempore coactus erat opus piltorium deferere. In continuitate ab asthma differt, non vomitu. Nuper à tussi hæmorrhagiâ narium laboravit; ante 15. dies pedes & facies turgebant tumore leucophlegmatico; ante aliquod tempus multum sanguinis excrevit. Tussis sicca est ut plurimum, aère verò humido phlegmata excernit majore cum levamine, à tussi autem sicca defatigatur.

Materia in pulmonum debet esse substantia, nam licet in asperâ arteriâ ab aère exspirato & inspirato deberet excerni, si in venis aut arteriis hæreret, inflammationem pareret, cum verò est in substantiâ, nec sanguinis motus obstat, nec excerni potest & cum perpetuò irritat, hinc tussis continua; cum phlegmata evacuat, est à peculiari causâ, cum

igitur in vitæ genere alimentis pituitosis usus est, & solebat modò frigus, modò calorem pati; & cum natura hujus regionis (Belgii scil.) est, ut pituitam generet, hinc ægrum his de causis pituitâ abundare putat Cl. Sylvius, quæ à calore furni soluta per vasa lactea sanguini admixta est, tunc à potu frigido in substantiam pulmonum & in pectus delata est materia, unde causa mali; quòd pituita abundat, ex symptomatibus & ægri querelis probari potest. Omnes in corpore nostro humores sunt ab alimentis & Aère (ex quo sal in abundantia hauriri potest,) sed non ratione materiæ efficientis, ergò fermentum proprium debet addi, quod fermentum ortum habet à glandulis, & cum salivâ ad ventriculum defertur; hinc diversitas humorum ab eodem alimento peti debet quatenus fermentum diversas partes educit in diversis hominibus. Calor ad fermentationem est causa adjuvans, sed non primaria, nam omnis fermentatio potest fieri levissimo calore; quicquid de spiritibus in corpore dicimus, per ratiocinationem habemus. Massa panis æstate unico tantum linteo tegi debet, ne amarescat, & nimium fermentetur; hyeme verò multis, & ad ignem servari. Calor potest penetrare, ubi spiritus non potest, prout in destillatione Spiritus Vini patet, ubi calor per vas penetrat, Spiritibus manentibus.

Decuplo plus crassioris pituitæ est in intestinis, quàm in ventriculo.

Æger non sentit distensionem ab alimentis siccis, sed ab humidis, unde pituita solvitur, & bilis in eam agens flatus causat.

Calculus in vasis non totâ substantia, sed soliditate & secundum qualitatem peccat.

Consultum est, initium facere à leucophlegmatia curatione per purgans.

℞. *Elect. Hydragog. ℥iij.*
Aq. Hyssop. q. s.
M. & s. haustus, quem assumat cras manè.

9. Dec. Lingua semper arida & aspera est.

Sexies & quidem commodè à purg. assumto dejicit, ubi quiescit lingua, siccor est; ubi aulem movetur, tum copiosior saliva adest exceptis iis, in quibus Saliva viscidior, tum magis defuit.

Iteretur haustus purg. 8. Dec. præscr. ex Elect. hydrogog. &c.

10. Dec. Commodè purgatus est & multos flatus emisit; in reliquis ferè in eodem statu est.

℞. *Aq. Petrosel.*
Fenic. ana, ℥iss.

Tinè.

Tinct. Cinamom. ℥℔.

Elix. Propr. ℥℔.

Syr. Capill. Vener. ℥j.

M. Subinde sumat Cochl.

11. Dec. Lancinationes & puncturas in Virgâ sentit, jam ab 8. Septimanis malum per vices recurrit; urina acris esse videtur, conducit hic emulsio seq.

Rx. Hord. ad crepat.

Coct. ℥j.

Sem. Melon.

Cucum.

Papav. alb. ana. ℥ij.

E. l. a. Emuls. ad. ℥xv.

Add. in fin.

Syr. de Alth. Fern. ℥j.

Aq. Fœnic. ℥℔.

M. Capiat inde sæpius haustul.

13. Dec. Phlegmata non rejicit; lingua ipsi sicca esse videtur, quamvis non sit, nam tactu humida est, & valdè calet sive ardet.

Siccitas visibilis à bile semper ortum habet. Quando Humores viscosi peccant, purgantibus incidentia attenuantia & præparantia sunt adjuncta.

Rx. Rasur. Lign. Guajac. ℥iij.

Rad. liquirit. Ras. ℥iij.

Apii. ℥℔.

Baccar. Junip. ℥ij.

Pulp. Colocynthid. ℥j.

Ocul. Cancr. ℥ij.

M. f. Decoct. in aq. pur.

ad Colatur. ℥xl.

Tandem add.

Syr. quinque Rad.

De Senn. ana. ℥ij.

De hoc subinde sumat haustulum.

14. Dec. Aliquoties & quidem cum levamine blandè dejecit, ideoque continuet Medicamentum quod habet.

15. Dec. Satis commodè se habet, continuabit Medicamentum.

17. Dec. In meliore statu est.

18. Dec. Iteretur Decoct. 13. præscr.

20. Dec. habet adhuc decoctum, de quo sumat.

21. Dec. Scrotum ipsi valdè tumefactum est,

Rx. Flor. Sambuc.

Fol. Chamemill. Rom.

Summit. Melilot. ana. M. j.

Flor. alth.

Fol. Majoran. ana. Mis.

Sem. anis.

Cumin. ana. ℥℔.

Concis. & crasse contusa d. ad chart. coquend. in cerevis. & calidè applic. pudendis.

22. Dec. Magis anhelat quàm heri, ob respirationem anhelosam.

Rx. Aq. Fœnic.

Hyssop. ana. ℥℔.

Spir. Vin. rectific. ℥℔.

Acet. Stillat. ℥vj.

Ocul. Cancr. ℥℔.

Antimon. Diaphor. ℥j.

M. assumat. Cochleatim.

24. Dec. Scrotum habet adhuc tumefactum & quidem aquâ plenum, durities autem tumoris evanuit; propter contorsionem virgæ molestiam habet in reddenda urinâ.

Rx. Cort. Rad. Ebul. Levistic. ana. ℥℔.

Rasur. lign. Guaj. ℥ij.

Baccar. Junip. ℥℔.

Sem. Urtic. Rom. ℥iij.

Pulv. Rad. Jalap. ℥℔.

Coq. s. a. ex aqu. pur. ad Colat. ℥xxx.

add. Syrup. de Helleb. Nigr. ℥℔.

Spir. Salis rectific. ℥j.

Vin. red. ℥ij.

M. sumat subinde haustulum.

Iteretur etiam Mixt. 22. Dec. præscr.

27. Dec. Non quievit per 6. aut 7. noctes; alvus manet adstricta, & scrotum adhuc tumet.

Rx. Mithridat. Dam.

Philon. Rom. ana. ℥j.

Syr. papav. errat. ℥j.

Aq. Fœnic.

Petrosel. ana. ℥℔.

M. Sumat Cochleatim.

Rx. Elec. Hydragog. ℥iij.

Aq. Petrosel.

q. s. p. Haust.

29. Dec. Bis dejecit; Angustiam circa pectus sentit.

Rx. Aq. Hyssop. ℥ij.

Fœnic. ℥j.

Acet.

B. FRANCISCI DE LE BOE, SYL VII,

Acet. dest. ℥vj.
Tinct. Cinamom. ℥iij.
Ocul. Canc.
Antimon. Diaph. ana. ℥℔.
Syrup. quinque Rad. ℥j.
M. sumat Cochleatim.

30. Dec. In pejus ruit, appetitus prostratus est, & sentit dolorem pungentem in pedibus.

℞. *Aq. Menth.* ℥℔.
Fenic. ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥℔.
Elix. Propriet. ℥℔.
Syr. de Menth. ℥j.
M. assum. Cochleat.

5. Jan. sequ. anni parum levaminis habuit à Medicamento.

Sensim perit. Iteretur mixtura nuperrimè præscr. scil. 30. Dec.

13. Jan. Mediocriter valet, iteretur decoct.

24. Dec. præscr.

14. Jan. In pessimo vivit statu. Iteretur decoct. 24. Dec. præscr.

C A S U S L I.

Vir quidam alias navans operam in eruendis cespitibus ex aquâ, ante biennium ex gravi animi mœrere in humeris & brachiis, quasi aqua frigida per illas partes esset effusa, dolores sentit, unde tremor in artubus superioribus, qui tantus, ut illos non possit continere, quem tractio partium nervosarum in cervice secuta est, unde malum hoc capiti, ut vix à delirio immunis, communicatum est. Appetitus satis urget, & appetitu urgente, nî cibum statim sumat, pejus se habet, & ita angitur, ut si ei non succurrant, in Lypothymiam incidat; Manè jejuno ventriculo fauces quasi strangulari sentit, in lumbis dolor urget, qui per totam corpus dispergitur, & nonnunquam tantus, ut quò se vestat, nesciat; ructus & flatus emittit, aliquando per superiora & inferiora, hisque emissis levamen sentit; partes corporis magis tument, quàm debent, & inprimis tumor in cruribus notabilis circa vesperam notatur, & hæc symptomata, (excepto tremore partium corporis, qui continuus est) per intervalla recurrunt.

Frigus nunc primum observat, & quidem in manu dextra, accedente calore melius se habet; dolor capitis ipsum infestat, in paroxysmo si de-

cumbat in latere & lumbis talem sentit dolorem, ut adstantes eum erigere cogantur; nec benè federe nec decumbere potest, quin circa ventriculum angatur; artus debiles sunt & mox stare, mox autem federe cogitur. Gravius malum metuens Medici auxilium implorat.

Consultum tum temporis fuit, quia sal austerrus & lixiviosus in-bile peccat, unde tumor & motus convulsivus, ut seq. modo curaretur; 1. Per alterantia & evacuantia; & quidem sale volat. abundantia Medicamenta, quæ optima in hoc morbo.

C A S U S L I I.

2. Jan. **V**ir epilepticus & hydropicus accessit, ejus membra contrahuntur, convulsivos motus, imò convulsiones per totum corpus sentit, sunt quasi pulsationes vagæ; dolor capitis adest; tres paroxysmos non meminit, quarti verò memor est, jam verò adeò vehementes sunt, ut vix à 4. vel 5. viris contineri possit; Non vera & legitima est Epilepsia, sed spuria, quia adhuc mens quodammodo constat; vix enim ullam molestiam ægri sentiunt in Epilepsiâ (verâ) præter gravitatem capitis.

Quia mens constitit, signum est, insultum fuisse leviolem.

In Epilepticis tandem omnes actiones animales, præprimis ratio turbatur & depravatur; in illo etiam est mentis consternatio.

In Epilepsiâ & convulsio & motus convulsivus concurrunt, prima vice non sentit malum adventans; postremis vicibus semper prævenit, ne caderet, nunc semper coactus est decumbere, cum correptus hoc modo fuerit, mens per triduum ad se non rediit, & sine loquelâ fuit; per tres alios dies dolorem ventris passus est, & per 4. septimanas principium hydropis sensit, sed crura olim magis tumida fuere, quam nunc.

NB. Clar. Syl. habuit sub curâ Epilepticum, qui per 10. dies cœcus fuit.

Dolor etiam in lumbis adest, sed non adeò gravis, & motum circa carpum sentit, qui convulsivus motus incipit à sinistro brachio, & inde ad dextrum transit.

Probabile est, malum ab humore acri ortum habere, & cerebrum & motum animalium spirituum lædi.

Facies hujus ægri leucophlegmatica est.

℞. *Aq.*

℞. *Aqu. Flor. Tilia.* ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥vi.
Antimon. diaphor. ℥ij.
Syr. ꝑ. ꝑæon. ℥j.
M. sumat cochleatim.

2. Jan. Cochlearia aliquot mixtur. heri assumfit, & benè quievit, sed considerabilem dolorem in regione lumbari observavit, qui pergit ad dextrum hypochondrium, ac si perfoderetur pars & instar clavi transfossi pungit.

Heri demum cepit dolor.

Duobus malis affligitur, uno continuo, hydrope scil. & altero subinde recurrente, Epileps. namque. Heri paroxysm. quidem habuit, epileptib. facies pallida est, venter & pedes tument.

Epileptici alias nullum sentiunt dolorem, gravitatem autem capitis, & motum convulsivum, qui est motus inordinatus.

Hic æger sentit aliquid moveri in toto corpore, aliquando in cruribus, aliquando in brachiis, mox in ventre cum dolore lancinante, jam circa scapulam sinistram, quia igitur iste motus non est continuus, probabile est, neque materiam sive causam esse continuam.

In omni motu convulsivo fit nimius spirituum animalium motus.

Nervus compunctus, ubi ex infusione therib. c. spir. Vin. non curatur, amputandus est.

In motu inordinato spirituum modò in hanc, modò in aliampartem concutiuntur, & tunc e quidem fiunt rigida.

Corpus ægri pituitosum est, & acre & volatile quid peccat in hoc affectu, subitæ autem mutationes istæ spiritui acido debentur: & si feratur materia peccans ad cerebrum, facillimè una pars magis affici potest, quàm altera.

Musculus nunquam versus suum principium trahitur, sed expanditur in latum, & corrugatur in longum.

Omnia medicamenta, quæ acidum concentrant, hic profunt, ut creta, lap. hæmatit. & fal vol. quaecunque, confert etiam unum magis, quàm alterum.

℞. *Aqu. ꝑ. tilia.*
Fenic. ana ℥iſs.
Theriacal. simpl. ℥j.
Lap. Hæmatit.
Cret. Alb. ana ℥j.
Syr. Flor. ꝑæon. ℥j.
M. assum. cochleat.

Hodiè quidem initia paroxysmi sensit, sed mox cessârunt; habet adhuc lancinationes, sed non

tam vehementes & graves; quoad dolores levamen sensit jam in uno brachio, paroxysmum habuit, qui levior tamen fuit.

Dimidium medicamentorum evomit, perseverandum potius in medicamentis est, quàm mutandum, quia melius se habet; per biduum non dejecit.

Iteretur mixtura heri præscripta, scil.

℞. *Elect. Hydragog.* ℥ij.
Aqu. fenic. ℥iſs.
M. assumat.

Bis hodiè à purgante dejecit, unde defatigatus vomuit amara, dolores lumborum plerique sublatis, & dolores vagi sunt mitiores; subinde vomit ab eo tempore, quo paroxysmus invasit, venter hic laborat, qui vomitionis & nausæ causa, sed per consensum intestini.

8. Jan. Bene se habet, omnia symptomata sunt & manent leviora, sed respiratio fit cum sonitu.

10. Jan. Pedes ægroti jam minus tument; nullas amplius lancinationes nec paroxysmum sentit, in præcordiis autem sentit palpitationes.

Naturaliter omnes partes laxæ sunt, nec constringuntur.

13. Jan. Omnia quæ assumit, evomit, imprimis quæ bibit; saporem admodum ingratum habet in ore, quem explicare non potest; per vomitum phlegmata ejicit & viridia; nihil potest comedere, dolores aliquos in ventre tensionum adinstar sentit.

Multis in vomitionibus spontaneis emetica exhibita vomitiones istas compescunt, quia causa earum tollitur sufficienter, cum vires non rarò ab humoribus pravis oppressæ sunt, quare eis eductis sublevantur.

Multi epileptici ex levi purgatione per alvum facillimè patiuntur insultus epilepticos; cum per vomitoria malum sæpè fuerit sublatus. Abhorrent autem omnes vomitantes & nausæabundi sicca, eaque difficulter assumunt, valentius autem liquida.

Vitrum antimon. hic præstat.

Hydropicor. aliàs non est proprium vomere.

Mixtum medicamentum potest exhiberi cum tinct. cinamom. quæ corroborat, & temperat humor. effervescentiam, & concentrat spir. acidum.

℞. *Oxymell. vomit.* ℥ij.
Elect. Hydragog. ℥iſs.
Tinct. Cinamom. ℥j.
Aqu. fenic. q. s.
M. assumat uno haustu.

c

14. Jan.

14. Jan. Hodie manè suum sumsit medicamentum emetpurg. unde semel quidem leviter vomuit amara; quamvis vero in somnum inclinat, non tamen potest dormire, & semper expurgatur. Per integr. septiman. nullum medicamentum assumfit.

15. Jan. Subinde lancinationes sentit per totum corpus, modò in unâ parte modò in alterâ, non tamen graves sunt, ut ante; semel dejecit; assumto aliquo liquido cum inclinat in somnum, perhorrescit, & cubiculum plenum uvulis parvis esse putat, agnoscit tamen suam mentis hallucinationem, lingua arida est; æstus vehemens in faucibus, pulsus debilis, convulsiones verò nullas sentit.

C A S U S L I I I.

27. Dec. **V**ir quidam ante octiduum incidit in febrem magno cum frigore; appetitus nullus; vires & pulsus valdè debiles; nil dejecit, & alvus semper manet adstricta; dolor per totum corpus sparsus, non sitit, jam non febricitat.

Confusio humorum hic peccat, nam ita permisti sunt, ut neuter dominium habeat propter intricationem.

Præparandi igitur sunt & liberandi per medicamenta mixta, usque dum descendamus in cognitionem ejus quod ulterius est faciendum.

℞. *Aqu. petrosel.* ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥β.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥j.
Antimon. diaphor. ℥j.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. & assum. cochleat.

℞. *Elect. hydragog.* ℥iiss.
Aqu. Mentb. q. s. pro haust. M.
Cras manè eundem assumat.

18. Dec. Dolores sunt diminuti, sed non dejecit.

℞. *Elect. Hydragog.* ℥iij.
Aqu. fœnic. q. s.
M. s. haustus.

19. Dec. Quater dejecit, & levamen habet, tussis gravis est, sed phlegmata viscida excernit.

30. Dec. Omnia ad meliorem frugem se convertere videntur.

3. Jan. sequ. anni. De dolore corrosivo plantar. pedum & brachiorum, ut & de lassitudine earundem partium conqueritur; in omnibus alias levamen sentit; febris eum planè reliquit.

NB. In tali casu sudores non sunt negligendi, sed probè observandi, imprimis quia & febricula juncta, & partes ab aère externo affectæ sunt, quapropter brevi curam possunt.

℞. *Aqu. fumar.* ℥ij.
fœnic. ℥j.
Theriacal. simpl. ℥vj.
Acet. stillat. ℥j.
Ocul. Cancr. ℥ij.
Antimon. diaph. ℥β.
Laud. Opiat. gr. iij.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. & assum. cochleat.

4. Jan. Levamen in omnibus sentit post sudorem.

5. Jan. Quia mixtura admodum profuit, iteretur.

7. Jan. Convalescit magis & magis.

8. Jan. Benè valet.

C A S U S L I V.

2. Dec. **V**ir quidam hæc nocte circa hor. tert. paroxysm. febrilem sensit, cum frigore in lumbis; manè amara & viscida evomuit; quæ materia, quia viscida, bilem quasi ligavit, unde effervescentia.

℞. *Aqu. fœnic.*
Petrosel. ana ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Tinct. Cinam. ℥ij.
Antimon. diaph.
Ocul. Cancr. ana ℥j.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. assum. cochleat.

4. Dec. Sensit rursus febrem; valdè sitit; & intolerabilem in pede percipit dolorem; per biduum non dejecit, cum solebat quater vel quinque in die dejicere; venter induratus, & sanguis è naribus fluit.

℞. *Elect. Hydragog.* ℥iiss.
Aqu. fœnic. q. s. pro haust.

6. Dec.

6. Dec. Eodem tempore, quo paroxysmum habuit, crus tumuit; dolor capitis urget, ut & tussis; heri habuit paroxysm. rigiditas in collo est, unde metuit tussire, quamvis tussis urgeat; magis affluit ad crus, & hoc plus sanguinis potest recipere. Et cum fibræ, quæ debent per venas reductum adjuvare, debiliter agunt, hinc hærent humores.

NB. Erysipelas revera à sero ortum habet. Iteretur mixt. 2. Dec. præscr.

7. Dec. Paroxysmum mitiorem habuit.

9. Dec. Iteretur mixt. 2. Dec. præscr.

10. Dec. Alvus adstricta est, feces induratae sunt, nec excerni possunt; febrem non sensit.

℞. *Pulp. Tamarind. ℥j.*
Elect. è succ. Rosar. ℥ss.
Crem. Tartari ℥j.
Conserv. Rosar. pallid. ℥ss.
M. f. condit.

Hac vesperâ assumat ad quantitatem nuc. mosch. si inde non dejicit, cras manè eandem dosin assumat.

11. Dec. Leve frigus sensit, de difficultate pectoris conqueritur; dejecit.

℞. *Aqu. Hyssop. ℥ij.*
Fenic. ℥j.
Acet. stillat. ℥vi.
Ocul. Cancr. ℥ss.
Antim. diaph. ℥j.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. assum. cochleat.

℞. *Trochisc. beccic. alb. ℥ij.*
Sumat sæpius j. aut alterum.

13. Dec. Sensit paroxysm. circa 3. pomeridianam, sed levem.

℞. *Aqu. fenic. ℥ss.*
Tinct. Cinamom. ℥j.
Spir. Salis. Gutt. v.
Syr. quinque Rad. ℥ss.
M. pro haust.

14. Dec. Circa hor. 3. hâc nocte habuit paroxysm. calor non fuit gravis, nec fitit; continuum frigus in lumbis sensit, alias levamen habet.

Iteretur mixt. heri præscr.

℞. *Elect. Hydragog. ℥ij.*
Aqu. fenic. q. s.

M. pro haust.

NB. Longè præstant El. hydr. ℥ij. quam ℥vi.
 15. Dec. Febricitavit, non vomuit nec dejecit.

Iteretur haust. heri præscr.

16. Dec. Non habuit paroxysm. sed de molestiâ & dolore in pectore conqueritur.

Iteretur mixtur. 13. Dec. præscripta.

CASUS LV.

30. Nov. **V**ir quidam accessit, per 4. annos valetudinarius, laborat enim febre per 6. jam septimanas, frigus continuè lumbos urgens sensit & in abdomine, dolor totius corporis, capitis præcipuè, alvus satis laxa, appetitus manet adhuc aliquantum dejectior, à potu frigus in lumbis augetur. Pulsus frequentior; non statis temporibus recurrit frigus, sed continuo urget, nec augetur, nisi ab externâ causâ, igne, vel frigore, vel potu. Febricitavit autem febre algidâ Cl. Sylvio dictâ, pituitosâ & viscidâ, (à mali diurnitate) & abdominis tensione.

Facies ejus est pallida, & capitis dolor gravativus atque continuus, quæ omnia pituitam viscidam designant; pituita flatulentâ visciditate non abundat, nec bilis valdè acris est, ut agat alias majori copiâ flatus generarentur. Morbus diu duravit, adeò ut totus sanguis & habitus corporis pituitosus sit.

Spes autem curationis est, cum vires adhuc manent, & appetitus non planè prostratus, alvufque laxa; & quod planè practicum est, nihil adhuc adhibitum est, nam ubi medicamenta applicantur sine levamine, minus spei est. Quia humor hic continuè movetur, & totus sanguis inficitur, mixturam aliquam vel decoctum debet assumere, ad alterandum; & cum copiâ peccat, diminui debet ille humor; tussit etiam & phlegmata varii coloris excernit.

℞. *Rad. Apii.*
Fenic. ana ℥j.
Rasur. lign. Guajac. ℥ij.
Pulpa colocynthid. ℥j.
Passular. Maj. Mundat. ℥ij.
Coqu. ex Aqu. pur.
ad Colat. ℥xl.
M. sumatur haustus semel in die.

℞. *Aqu. Ment. ℥ij.*
Fenic. ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥vj.

c 2

Syr.

Syr. quinque Rad. ℥j.

M. Jūbīnde sumat cochl. j.

1. Dec. Bis dejecit & quidem non magnā quantitate, & aquosa ferè fuere excrementa.

Habet tumores in collo & maxillis, est signum affectarum glandular. quæ rarò ad suppurationem veniunt, sensim enim minuuntur tales tumores sub axillis, tales etiam in brachiis observantur.

Vidit Cl. Sylv. ablatum scrophulum instar ossis, varii enim sunt gradus scrophulorum.

Quia affectus adscribuntur mesenterio & omento, omnes sunt affectus glandularum.

Hic æger cum dicit, se per quadriennium malè habuisse, & tumores etiam, tunc ab eadem causâ, nempe materiâ viscidâ dependet malum.

Non putat Cl. Sylv. spiritum acidum in hoc corpore esse acrem, sed coagulantem esse opinat.

Perseverantia affectus probat materiam viscidam adeste.

Sæpè etiam dolor in glandulis est intolerabilis, in hoc ægro vero nullus adest planè.

Sunt etiam tumores triplicis duritiei, duræ scil. durioris & durissimæ. Cavendum est à cantharidib. in hoc affectu, cum Authores de illorum usu disputant.

Quicquid dissolvit, minus deducit ad suppurationem.

Diachyl. c. gumm. hic convenit.

Suræ applicatum fuit à Chirurgo ungu. martiat. & dealtheâ.

Cataplasmata magis ad suppurationem deducunt, quàm resolvunt.

Sumat adhuc cochl. mixturæ.

2. Dec. Hodie quinquies vel sexies dejecit, & debilis est; Iteretur decoctum 30. Nov. præscriptum.

3. Dec. Sensit quasi oppressiones in corpore, non assumit medicamentum, sed quater aut quinquies dejecit, pulsus paulò frequentior.

Præscribemus aliquod externum, propter glandularum duritiem.

R. Ungu. Martiat.

Alth. Compos. ana ℥ij.

M.

R. Empl. de mucilag. ℥℥.

Applic.

4. Dec. Hodie minor. haustum sumsit, ter dejecit, in totum aliquod levaminis habet; non tam debilis est ut prius; in pectore autem molestiam sentit; si modo spiritum retrahat, palpitationem

cordis, seu potius in ventriculo sentit flatu, qui etiam in corpore moventur, eos autem non excernit.

6. Dec. Satis debilis est, tantillum decocti sumsit, & sexies dejecit.

Debilitas non magni est momenti.

Iteretur mixtura 30. Nov. præscr.

Sumat mixturam, non purg. medicam.

7. Dec. Sentit molestiam in ano, tumorem digiti crassitie scilicet, qui tumor est hæmorrhoidum, qui etiam à purgante læditur, alias melius se habet.

R. Ungu. Populeon. ℥ij.

Bol. Armen. ℥j.

Opii c. Oleo. Rosac. dissol. ℥℥.

M. pro linim.

9. Dec. Heri licet nihil sumpserit, tormina tamen per totum ventrem sensit, & cum tormina adestent, simul frigus vehementissimum in lumbis sensit, ut & circa ventriculum; ex postremâ mixturâ melius habuit; heri & hodie aliquoties dejecit; ubi dolor remisit, levis illum calor invasit, tormina autem illa per paroxysmum exacerbantur; tantillum tremuit.

R. Aqu. Menth.

Fenic. ana ℥ij.

Tind. Cinamom. ℥j.

Laud. Opiat. gr. v.

Syr. quinque Rad. ℥i℥.

M. assum. cochleat.

10. Dec. Melius se habet.

11. Dec. Frequentius purgatus est, debilis inde aliquantulum.

Iteretur empl. 30. Dec. præscr.

13. Dec. Tormina sentit continua, quando dejecit, lingua ferè sicca est, optat aliquid, quo possit leniri ardor oris.

Iteretur mixtura 9. Dec. præscr.

R. Sem. Fænugrac. ℥ij.

c. aq. hord. f. emuls. ad ℥viii.

add. Aqu. Rosar.

Syr. Viol. ana ℥j.

M.

14. Dec. Valdè tussit, & inter tussendum caput sibi findi putat, non enim in omni tussi adest capitis dolor, ideoque per consensum hic non potest esse, sed in omni vehementi tussi sæpè totum afficit corpus, unde sæpius hernia & ruptio vafor.; potest etiam hic dolor ortum trahere à spi-

spiritu acido & magnâ effervescentiâ, ut inde halitus ascendat.

Crassa meninx, quæ valdè sensilis, & in duas partes dividitur, ibi afficitur, & facit concussionem contrâ mediam illam falcem, nam ibi sæpissimè multum aquæ invenitur, & est serum, nam spuma feri peccantis signum est.

Ex ariditate linguæ levamen aliquod habet, ab usurpatâ mucilagine.

15. Dec. Lingua hodiè manè pituitæ magis obducta fuit, quàm alio tempore; dolor imminutus est, & phlegmata excernit.

℞. *Mass. Pil. de cynogloss.* ʒʒ.
F. Pilul. No. XII.

Iteretur mixtura 9. Dec. præscripta.

16. Dec. Videtur in meliorem redigi statum; dolor tamen caput quasi findens continuat, habet adhuc quod sumat.

17. Dec. Conqueritur de capitis dolore, & quidem aucto; totum corpus est tumidum, crura quoque ita tumefacta sunt, ut ea vix attollere possit; dolorem deducit Cl. Sylv. ab halitibus tumorem verò à solutâ materia viscidâ & per corpus dispersâ; tussim ob dolorem intolerabilem cohibet & coërcet.

Iteretur apozema 30. Nov. præscr. & loco ʒj. pulp. colocynth. ʒʒ. fumatur.

18. Dec. Ulterius conqueritur de dolore capitis, ac si finderetur caput, tantus est consensus partium dolentium, ut ne manum movere queat; postquam inclinato capite sedet, circa frontem dolorem graviorem sentit, quando autem erecto sedet capite, dolor est levior. Sudor non amplius infestat, etiam si mungat nares, dolor non augetur; appetitus planè est prostratus, dolor accessit in brachiis & tumor continuat.

Causam statuit Cl. Sylv. esse pituitam solutam & in capite hærentem sub tenui meninge & substantiâ cerebri extrâ vasa.

Ista crusta in sanguine quæ observatur, & consistentia ex pituitâ est conjuncta, ubi pituita solvitur & effunditur, ibi anasaria potest oriri.

Quando ista pituita soluta fertur circa ductum spinalis medullæ, tunc nervis communicabitur, quales viæ patent in autopsiâ.

Hic humor & quantitate & qualitate peccat, quoad quantitatem educendus, quoad qualitatem autem corrigendus. Sternutatoria in hoc dolore usum habere, nisi convulsio ei gravis esset. Frustulum folii tabaci, salviæ vel bethonicæ naribus imponat, blandè enim allicit pituitam, & evacuationem levissimam procurabit, sed ad leniendum dolorem & acrimoniam, quæ est in corpore,

℞. *Aqu. Bethonic.* ʒij.
Fenic. ʒj.
Theriacal. simpl. ʒvj.
Laud. Opiat. gr. iij.
Syr. quinque Rad. ʒj.
M. assum. cochleat.

21. Dec. Dolor capitis nondum remittit, continuat ergò in assum. mixt.

22. Dec. In eodem statu manet, & respiratio frequens urget.

℞. *Aqu. Hyssop.* ʒij.
Tinct. Cinamom. ʒʒ.
Antimon. diaph. ʒʒ.
Syr. quinque Rad. ʒʒ.
Ocul. Cancr. ʒj.
M. & assum. cochleat.

24. Dec. Nuper magis anhelosus erat & agebatur quoad respirationem.

Iteretur mixt. 22. Dec. præscr.

27. Dec. Jam huic mundo valedixit.

CASUS LVI.

27. Nov. **V**ir quidam hodiè accessit, qui jam in summo versatur delirio.

℞. *Aqu. bethonic.* ʒij.
Cinamom. ʒʒ.
Acet. stillat. ʒvi.
Fuleb. Rosar. ʒj.
M. assum. cochleat.

2. Dec. Melius se habet, sed febricitat.

3. Dec. Iteretur mixt.

27. Sept. præscr.

11. Dec. Hodiè valdè debilis est.

℞. *Ol. Rosat.*
Nymph. ana ʒij.
M. f. linim.

Inung. eo tempora.

14. Dec. Magn. levamen habet ab Oleo f. linim.

15. Dec. Convaluit.

16. Dec. Conquestus est iterum hodiè de flatibus in ventre murmura excitantibus. unde aliquis dolor, sed non gravis.

Excrementa mediocris consistentiæ sunt.

Iteretur linim. 15. Dec. præscr.

22. Dec. Iteret. linim.

C 3.

24. Jam

24. Jam planè restitutus.

C A S U S L V I I .

23. Nov. **V**ir quidam conquestus est de tussi & angustiiis pectoris.

℞. Rad. fœnic. Apii. ana ℥j.
Baccar. Junip. ℥i℥.
Sem. Anis. ℥ij.
Liquirit. Ros. ℥℥.
Coqu. ex Aqu. pur.
In colatur. ℥xxv.
Dissolv.
Syr. de Hyssop. ℥ij.

27. Nov. Non potest excernere phlegmata.

℞. Aqu. Hyssop.
Fœnic. ana ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. assumat cochleat.

30. Dec. Alvus adstricta est, dolorem capitis cum gravi tussi sentit.

℞. Rad. liquir. Ras. ℥℥.
Fœnic. ℥j.
Rasur. lign. Guajac. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥j.
Pulp. colocynthid. ℥ij.
Coqu. ex Aqu. pur.
ad Colat. ℥xxx.
add.
Syr. de Senn. ℥ij.
M. assumat subinde haustulum.

1. Dec. Aliquantò melius se habet.

3. Dec. ℞. Troch. Becchicor. Alb. ℥ij.

4. Dec. ℞. Troch. Becch. Alb. ℥j.

6. Dec. In omnib. symptom. levamen habet.

℞. Troch. Becchic. Alb. ℥ij.

C A S U S L V I I I .

20. Nov. **V**ir aliquis accessit, cui alvus est adstricta; tussis gravis est cum eri-

typelate; quoties ei novum medicamentum applicatur, febrem sentit.

℞. Elect. Cholagog. ℥iij.
Aqu. Cichor. q. s.
M. f. haust. cras manè sumendus.

22. Nov. Ab assumpta purgatione benè deiecit, à quo tempore febris est levior; hâc nocte tussi siccâ correptus erat, ubi falsedo in pituitâ est; excreta sunt spumosa; hic conducunt pilul. de Cynogloss.

℞. Mass. Pil. de Cynogl. ℥j.
F. Pilul. No. VIII.

Cum fatis potentes sint, unam sumat, quando cubitum iturus est.

23. Nov. Heri vesperi paroxysmum sensit, assumpsit pilulam, quæ hælit in faucibus, expergefactus à somno iterum j. assumpsit. Conqueritur de dolorib. & humorib. caput gravantib.

Iteretur purg. 20. Nov. præscr.

24. Nov. Ardorem in deiectione à purg. cholagogo sensit, semel tantum deiecit; heri vesperi paroxysmum habuit, cum difficultate respirationis.

Nuper retulit, se phlegmata spumosa ejecisse, & tussis cum tali excretionem semper est à catharrhis ut plurimum falsis & acribus; phlegmata vero crassa ab alia cum procedunt causa, caput gravetur, & alia materia acris per nares descendit, ubi obstructio quædam sentitur, adeò ut cætera pars ad fauces dilabatur & inde in pulmones; & humor valdè tenuis acris & austerus; tales catharri noctu potius urgent, quàm de die, quando humores deducuntur ad glandulam pituitariam, facilè inveniunt vias ad fauces; ad latera ossium catharri exacerbantur à decubitu in plumis. Ratio debet sumi à naturâ ipsâ plumarum, si enim in ferico decumbas, calor exinde blandus est, non autem talis, qualis in plumis; qui dormiunt in plumis, magis anguntur, ratio quia odorem gravem habent, & decumbentes anguntur eodem modo, uti in pluviosâ tempestate; quo sunt recentiores, eò graviorem odorem edunt, unde à calore nostro fermentantur quasi plumæ, & aliquod aqueum spirant, unde talis motus in corpore nostro oritur; hinc paroxysmi febriles sæpè augentur, & plurimi ita anguntur, ut non possint decumbere; est peculiaris angustia, & quasi fermentatio in corpore nostro excitatur; Vix quidam in plumis possunt mori, pinguem propter humiditatem, qui ex iis exspirat; lecti recentes valdè foetent, ut vix à multis tolerari possint. Plu-

Plumæ à vivis avibus meliores sunt ;
Pilulæ de cynogl. nullum habuerunt effectum,
quia spiritus acidus non tam peccat, quàm sal,
idcirco in altero ubi spiritus acidus peccavit leva-
men habuimus.

℞. *Hord. Mundat.*
℞ ad crepatur. coct. ʒj.
Amygd. dulc. Mund. ʒij.
c. Aqu. decoct. Hord. ℔j.
F. Emuls. cui add.
Syrup. jujubin. ʒj.
M. & assumat sæpius haustul.

25. Nov. Melius se habet, multum urinæ red-
didit, medicamenta lenientia reddiderunt humo-
res facilè eductibiles.

Iteretur emulsio heri præscr. item ex Mass. Pil.
de cynogloss. ʒ℔. form. pilul. N^o. IX.

26. Nov. Conqueritur de frigore in lumbis ad
genua; adhuc versatur in calore.

27. Nov. ℞. *Sacch. Alth. ʒj.*
Assumat. subinde.

29. Nov. Quotidiè dejicit, & jam in meliori
statu est.

℞. *Mass. Pil. de cynogloss. ʒj.*
F. Pilul. N^o. VIII.

℞. *Sacch. Alth. ʒj.*

1. Dec. A pilul. levamen sensit.

℞. *Mass. Pil. de cynogl. ʒ℔.*
F. Pil. N^o. XII.

℞. *Sacch. Alth. ʒ℔.*

2. Dec. Mediocriter se habet, sed cum semel
tantum dejecit, consultum erit; ut magis præ-
parentur & educantur humores.

℞. *Elect. Hydragog. ʒiiss.*
Aqu. Hyssop. q. s. pro haust.

3. Dec. Bis dejecit fatis commodè.

℞. *Sacch. Alth. ʒij.*

4. Dec. Iteretur haustulus purg. 2. Dec. præscr.

6. Dec. Assumfit pilul. heri bis, & hodiè se-
mel dejecit; melius quidem se habet, sed tussis
adhuc molesta est; habet adhuc pilul.

℞. *Sacch. Alth. ʒij.*

7. Dec. Mediocriter se habet, matutino tem-
pore multa phlegmata excrevit, tam crassa, quàm
tenuia.

9. Dec. Heri paroxysm. habuit.

℞. *Mass. Pil. de cynogloss. ʒ℔.*
F. pilul. N^o. XII.

℞. *Sacch. Alth. ʒij.*

10. Dec. ℞. *Elect. Hydragog. ʒiiss.*
Aqu. fœnic. q. s.

11. Dec. In multis levamen habet; pergat in
assumptione medicamentorum.

13. Dec. Se fatis commodè habuisse, & benè
dormivisse narrat; phlegmata spumosa excernit,
interdum crassa.

Iterentur pilul. & sacch. alth.

16. Dec. Iterent. pilul. & sacch. alth.

18. Dec. Sensim restituitur.

20. Dec. Febr. sensit, cum corpus post sudò-
rem frigori exponere coactus esset, dolor prehen-
dit crus usque ad inguina; ex glandulis conglo-
batis hoc malum; quia frigus horror in tali par-
te corripit, vocatur febris catharrhalis à Medi-
cis, & ortum suum debet istis glandulis; flatu-
s quoque ipsum urgent.

Iterent. pil. 17. Dec. præscr.

℞. *Aqu. fœnic.*

Hyssop. ana ʒi℔.

Aqu. Theriacal. simpl. ʒvi.

Spir. Nitri Gutt. viii.

Laud. Opiat. gr. ij.

Syr. quinque Rad. ʒj.

M. & assum. cochleat.

℞. *Rad. Helleb. Alb.*

Fol. Majoran. ana ʒj.

Pulv. misc. pro sternutator.

3. Jan. sequ. anni. Hæc nocte malè quievit;
& à sudore valdè vexatus est.

Iteretur mixtur. 30. Dec. præscr.

℞. *Mass. Pil. Mastichin.*

Mass. Pil. cochiar. ana ʒj.

Ol. dest. succin. Gutt. vj.

M. f. pilul. N^o. 30.

Dentur subinde v.

5. Jan. In meliori versatur statu.

6. Jan.

6. Jan. Hac nocte leviorē habuit febrem.
8. Jan. Iterentur pil. 3. Jan. præscr.

C A S U S L I X.

18. Dec. **A**ccessit Vir, qui continuò friget; palpitationem cordis patitur, cum tumore ab unâ parte in aliam; venter non valdè tensus est, ergò putat Cl. Sylv. esse ascitem, forsan à nimio potu, unde pituita soluta. Ipse fatetur se copiose & quidem sæpè bibisse.

Spirituosa hic valdè conveniunt, ut humores corrigantur; febris erratica conjungitur.

℞. *Aqu. petrosel.* ℥i℥.
Fœnic. ℥j.
Tinct. Cinamon. ℥vj.
Syr. quinque Rad. ℥℥.
Spir. Nitri Gutt. vii.

19. Dec. Conqueritur de continuo frigore, & tamen partes externæ calent.

Respiratio serrata potest ab hoc frigore necrofin inferre. Sponte dejecit.

Pulsus debilis, & frequens, calor in manib.

Uterque igitur humor peccat, & ita quidem, ut non rumperent seipfos, unde à bile calor, à spiritu autem acido frigus, in pessimo statu est, sed ipsum facilè evasurum sperat Cl. Sylv.

Iteretur mixtur. heri præscr.

20. Dec. Valdè debilis hodiè est, tamen melius quàm heri se habet; iteretur mixtur. heri iterata.

NB. In colicis doloribus optimè conducit spiritus nitr. carminantib. vel aliis junctus paucis guttulis. Est aliquid singulare in isto spiritu, pauci sùnt, qui eo utuntur; primò expertus sum in me ipso, inquit Cl. Sylv. Spiritus, qui primò assurgit rubicundus, optimus est, nam in destillatione nitr. plus quàm unus est spiritus.

Vitrioli Oriental. cap. mort. si aëri exponatur, novus spiritus & nov. ol. inde ascendit, quod planè egregium est.

C A S U S L X.

13. Nov. **V**ir quidam per 15. dies excrevit nigricolora & sanguinolenta, & alia crassa ad anum vergentia; regio ventriculi tumefacta est & dura, in sinistro latere, puncturæ ex acrimoniâ ortum habent, cruditas ejus nidorosa.

℞. *Elix. propriet.*

Paracels. ℥j.

d. ad Vitr. & assumat ter quaterve in die Gutt.

ij. vel iij. in vin. vel brod. carn.

15. Nov. Pedes valdè tument, per quinque septimanas malè se habuit, natura proclivis ad hæmorrhagiam, quæ aliam viam fumebat, & per tussim multum sanguinis exercebat, perque aliquot dies excretiones cruentas habebat, à quib. valdè debilitabatur, cum jam per 10. dies duraverit; quoties sanguinem excrevit, in animi deliquium incidit, hinc ab excretionē tumor destratus, & quando aliquid assumit, tussire cogitur & phlegmata evacuat; à purgante evomuit sine levamine; omnia viscida & amara fuère, alvus satis laxa, post cibum dolores circa ventriculum sentit. Omnis sanguis, qui ex pulmone excernitur per tussim, statim concrevit.

A duabus causis potest sanguis evacuari, per tussim nempe, si à narib. in asperam arteriam, à quâ mox suffocatus fuisset; vel si sanguis qui per narres solebat evacuari, per pulmones exitum quærit. Cl. Sylv. putat hæmorrhagiam non fieri ab abundantia, sed ab acrimoniâ sanguinis, qui sanguis acris tussim excitavit, unde apertio vasorum in pulmone, à quâ hæmoptisis.

Priora mala debent lucem asserre posterioribus. Ab hæmorrhagiâ incipiendum. Acrimonia sanguinis est in ejus parte serosâ, non autem à spiritu acido, nam ille incrassat sanguinem: à motu caput quasi oppressum sentit, & si modò leviter emungit nares, sanguis effluit; à primo ætatis anno hunc affectum passus est; Qui quotidie evacuant sanguinem, sensim fiunt hydropici, nam sanguis redditur serosior, i. e. optima pars sanguinis evacuatur, forsan serum unâ cum parte spirituum animalium ad caput fertur, altera pars ad narres fluit, & hinc ratio potest reddi, cur sanguis tam crassus & floridus exit è narib.; pallidus est, & facies turget, quæ signa sùnt serosi humoris, & leucophlegmatici etiam plerumque frigent deperditâ parte sanguinis butyrosâ; est etiam debilis.

Summum frigus & summus calor nocent, si calor summus omnia facit fluida; & humores serosi in eo sunt satis fluidi; in fine ætatis melius se habet, ergò intemperies sanguinis est à malâ mixtione; post excretionem sanguinis caput quasi vacuum videtur; peste laboravit, & bubones habuit, unde aliquod incommodi potest remanere in corpore, nam eo tempore assumpsit purgans; unde summi dolores cum tumescentiâ ventris. Ergò hæmorrhagia est à sero sanguinis abundante, quo laborant; hæmorrhagici debent cave-

re ne emungant nares; uti qui tussunt, ne tussiant; in peste habuit puncturas lateris sinistri, uti nunc etiam.

Tussis à sanguine seroso, vel ibi deposito, ut in pulmonibus hæreat; vel à levi aliquâ causâ, ut nimio potu; cum fitit, potest hæere; vel à salivâ in asperam arteriam destillare. In dejectionibus tormina & dolorem æstuantem sentit, quod non parum confirmat; dejectiones fuerunt ad nigredinem tendentes & fluidæ; non sentit tum temporis dolorem, unde Cl. Sylv. concludit, non fieri ab effervescentiâ.

Ductus lymphæ chyloferus potest rumpi & hydropem causare, nam in talibus chylus in abdomen effunditur, & quæ assumuntur. Ipsi saliva est satis crassa, ac proinde non fit fermentatio prout decet, sed omnia sunt viscida, unde flatus & distensio ventriculi; omnia hæc signa ostendunt humorem viscidum in ventriculo. Absynthium hic optimè conducit, habet enim egregiam vim temporandi bilem, & ratione salis volatilis pituitam viscidam incidendi; quia alvus laxa, talia symptomata non patitur, ac si adstricta esset, humores enim aliqui semper evacuantur. In curatione non solum attendendum ad præsentia, sed & ad præterita mala, & cavendum, ne humores serosi iterum abundant, & vel ascitem vel leucophlegmatiam causent, magis urgentibus tamen est occurrendum. Delicatis pilulæ cerasis conditis & nucleo privatis dentur.

℞. *Gumm. Ammon. c. acet. præp.* ℥b.
Mastich. el. ℥j.
Tartar. Vitriolat. gr. xv.
Myrrh. Rub. ℥b.
Croc. Britann. gr. vj.
Aloës Rosat.
Resin. Jalapp. ana ℥j.
Ol. granor. Junip. Gutt. vj.
M. f. pilul. N^o. xxx.
Vesperis tres assumat.

16. Nov. Assumfit heri 3. pilul. & non deiecit; venter tamen quodammodo detumuit. Quinque pilul. sumat.

℞. *Elix. propr.* ℥ij.

17. Nov. Heri vesperi 5. pilul. sumfit, & bis ab iis deiecit, manè semel, & post prandium, sed cum torminibus; quando incedit, quasi tumor gravis in medio ventris est, excrementa mediocris consistentiæ sunt.

18. Nov. Tres pilulas sumfit, & nihil effecerunt, sed tormina sentit; venter adhuc tensus o-

stendit humores valdè viscidos esse; si nullus effectus, sumat noctu quinque alias.

19. Nov. Terdejecit à pilul. & commodius, quàm nuper; conqueritur tamen de dolorib. circa stomachum, aded ut cogatur ferè semper ei applicare manum. A motu humorum oriuntur flatus, qui hærentes dolorem causant, ergò addantur talia, quæ flatus dissipare possunt. Spir. Nit. inprimis convenit, sed non solus, quia acida per se majorem causant effervescentiam, omnia autem aromatica flatus discutunt, præsertim Sem. dauci, anisi, levistic. sunt egregia in affectione hypochondriacâ & Scorbuto; menses movent bacca Junip. item conveniunt & his convenientiores sunt bacc. laur. sed ingratiore sunt, & æger non amat amara.

℞. *Rad. Apii.*

Levistic. ana ℥b.

Baccar. Junip. ℥j.

Rasur. lign. guajac. ℥ij.

Sem. Anis.

Fenic. ana ℥ij.

Coqu. in q. s. Aqu. pur. in Colatur. ℥xxx.

Dissolv. Syr. de Ment. ℥ij.

Spir. Vin. rectific. ℥ij.

Spir. Nitri Gutt. xx.

M. f. apozema potenter flatus discutiens. Assum. sæpè haust.

20. Nov. Venter habet se melius, operatio haustus commodior fuit, bis deiecit.

23. Nov. Distensio in regione ventriculi ita urgens est, ut vix possit dormire; remittit tumor & augetur, & initium ascitis, sed metus est, ne cum ascite jungatur species tympanitidis.

Olea dest. in genere ad flatus discutandos præscribuntur.

℞. *Aqu. fenic. ℥ij.*

Spir. Vin. rectific. ℥j.

Nitri. Gutt. x.

Ol. d. Anis.

Gran. Junip. ana Gutt. vj.

Syr. Ment. ℥j.

Laud. Opiat. gr. ij.

M. subinde sumat. cochl. j.

24. Nov. Magnum levamen à mixturâ hodiè sentit.

25. In eodem statu, quo heri versatur. Iteretur mixt. 23. præscr.

27. Nov. Circa merid. sumfit decoct. & sentit jam motum aliquem. Iteretur mixtur. 23. Nov. præscr.

d

29. Nov.

29. Nov. Ex assumpto apozemate heri & die Sabbathi plurima dejecit, & tamen venter magis distenditur, quàm prius.

Allium egregium est ad flatum discutiendos, tum ad materiam viscidam incidendam, sumat ergò crudum, quod melius est, aut in lacte coquantur, vel imponatur in Spir. Vin.

30. Nov. Ante horam accepit allium, & assumpsit aliquid, continuet assumptionem bis vel ter in die.

1. Dec. Nullum sentit levamen; iteretur mixt. 23. præscr.

2. Dec. Effervescentia est in eo mixta, continua & materia valdè viscida, unde omnia hærent; hodiè non dejecit.

Iterentur pilul. 15. Nov. præscr.

3. Dec. R. Ol. d. Anis. ʒʒ.

Assumat Gutt. vj. in cochl. vini.

4. Dec. Molestum est, quando humores adeò viscidi sunt, ut nolint cedere, & si solvantur, in flatum viscidos abeunt, & ventrem distendunt.

R. Ol. d. Anis. ʒʒ.

Assum. sæpius Gutt. vj.

6. Dec. Dolor in agro est instar cinguli punctorius; venter valdè distenditur; quotidie dejecit; ab allio assumpto materia solvitur, unde flatum; per singulos dies dolores recurrunt, & per hor. durant; crura turgent, usque ad genua; noctè discutitur; tumor est ab humore seroso instar gelatinæ; magis tumet pars sinistra, decumbit verò dextrâ, ergò humores non à gravitate in sinistrum latus colliguntur, sed quia dextra calidior est à decubitu, unde humores facilius hærent in sinistro quàm in dextro latere, cum eà ratione debilior est sinistrâ, fortè etiam una pars magis igni exponitur quàm altera. Si flatum possent exire, melius haberet; & tamen alvum laxam habet, unde probatur, flatum posse adesse etiam laxâ alvo, quod in Praxi sæpillimè occurrit. Ager quosdam flatum eructat, novi autem semper generantur à materiâ viscidâ. Oleum anisi non solvit illam materiam, sed flatum potius discutit. Spiritus Vini anisatus plus præstat. Heri flatum emisit, unde melius habuit, abdomen etiam detumuit.

Fœmina Amstelodamensis cum ventrem adeò flatibus distentum haberet, ut potuerit perspici, à Medicis relicta consilio Empyrici ab hoc spirita curata est.

R. Spir. Vin. anisat. ʒv.
Sumat cochleat.

7. Dec. Abdomen adhuc distensum est, parum levaminis sentit; ante annum benè habuit ab oleo anisi, quod etiam nunc ei concessimus, ne conquereretur; alvus satis laxa est, quod mirandum, quòd eo modo non cessat malum, si enim esset in intestinis crassis, enema convenire poterit.

Non negat Cl. Sylv. sudorifera juvare posse, sed non ratione discussionis humorum, sed alio modo, quat. scil. alterantia sunt; hi humores viscidi sunt, & non fluxiles. Amstelodamenses Medici sæpè utuntur sudoriferis, sub nomine cardiacorum. Si sudorifera tanquam alterantia propinantur, & æger blandè in lecto disponatur ad sudores, si erumpunt, bene est, si non, humores præparantur ad sudores. Mithridatium magis flatum discutit, quàm theriaca aut diafascordium. Sudor nunquam stragulis aut integumentis urgendus est, sed tantum tegumentorum imponendum est, quantum ferre potest æger, tum jusculum aut novum sudoriferum exhibeatur in mixturâ, & eo modo blandè sudores moventur. Possunt usurpari mille in morbis, & ego magnifacio, inquit Cl. Sylv., quia blandè procedunt.

R. Mithridat. Damoc. ʒij.

Syr. Menth. ʒj.

Spir. Nitri. ʒʒ.

Spir. Vin. redif. ʒʒ.

Aqu. fenic. & petrosel. ana ʒij.

M. assum. cochleat.

9. Dec. In eodem ferè statu est, distenditur adhuc abdomen, dolores circa inferiores cartilagineas sentit in thorace, qui non sunt à distensione peritonei.

Salia hic conducunt, ad reddendas partes magis explicabiles, ut est ol. nardin.

R. Flor. Chamom. Mij.

Coqu. in cerevis. ad colatur. lbij.

Detur subinde haustus.

R. Ungv. de alth. simpl.

Martiat. ana ʒij.

Ol. lilior. Alb. ʒʒ.

M.

10. Dec. In eodem adhuc statu est.

R. Spir. Vin. anisat. ʒv.

11. Dec. Tantillum levaminis sentit, quia nihil edit, angitur enim valdè à cibo.

13. Dec.

13 Dec. Iteretur decoct. 19. Novemb. præscript.

CASUS LXI.

8. Nov. **V**ir quidam per 5. septimanas febris laboravit, hodiè à 6. matut. ad hor. 12. duravit paroxysmus; aura frigida lumbos & viscera corripit, quæ quasi contorqueri videntur; nihil potest edere; saporem ingratum in ore sentit; sitit omni tempore, præsertim durante calore, dolores ventris patitur, quasi dilacerantes; à calore capitis augetur dolor; de dolore capitis & ventris. conqueritur præcipuè.

Affectus hic est febris quotidiana intermittens, ut ex paroxysmis patet, cum eadem horâ revertantur, eodem modo, quibus paroxysm. à tertianâ duplici differt, quæ incertis & inæqualib. vicib. redeunt.

Locus affectus est intestinum duodenum à Cl. Sylv. inventum, cum ibi imprimis dolorem patiatur.

Cum inflentur intestina, debet esse aliquid expandens, nempe flatus, qui ab humore aliquo apto debent excitari.

Frigus grave & calor, ergò aliquis humor debet hære, ubi commodius potest jungi efficienti, ex aquâ ad flatus excitandos requiritur satis magnus calor, qualis in corpore non invenitur.

Materia est humor pituitosus spiritu acido abundans, unde longum frigus; causa efficiens est bilis, unde effervescentia. Quomodo autem frigus se habet in febrib. accuratè se non explicare posse, rotundè fatetur Cl. Sylv. A frigore iudicat humorem pituitosum magis peccare.

Omnes affectus à bile, quâ bile, sunt calidi.

Omnes affectus chronici à pituitâ ortum habent; ubi frigus diu durat, tunc pituita viscida est, vel copiâ peccat.

Bilis minus hic peccat, quia symptomata sunt minora.

Dolor capitis autem acrimoniâ indicat.

Ad restituendum igitur ægrum humores sunt alterandi, & qui abundant, educendi; sed quia humor viscidus prius alterari debet, antequam educatur, si vero alteratione non possumus curare, educendus & evacuandus est. Medicamenta sunt gummata, & alia quæ sale volatili abundant, ut amara & omnia aromatica.

Hæc paroxysmus ab hor. 5. matut. duravit per hor. 4. Pedes incipiunt tumere, & valdè debilis est.

In febr. intermittentib. duo sunt animadver-

tenda, morbus scil. totus, & singuli paroxysmi, quibus aliquid præscribendum.

Omnes affectus à sale volatili, tanquam à causâ, vehementiores sunt iis, qui sunt à fixiore.

R. Aqu. fœnic.

Theriaca. simpl. ana ℥b.

Spir. Nitri. Gutt. vj.

Syr. quinque Rad. ℥b.

M. f. haust. quem assumat ingruente paroxysmo.

Urina valdè est turbata.

9. Nov. Ab horâ 8. matut. frigus usque ad meridiem duravit; caput dolet; cum in æstu febrili versatur, pulsus frequens est & manus calent; multum bibit, unde non mirum, si à tali largiore potu pedes tumeant: ab assumtis prunis tantum dejecit, ut periturum se putaret; appetitus planè prostratus, nec mirum, quia multum bibit.

Anticipatio & Postpositio non semper signa sunt morbi diminuti, quamvis plerumque melius postponere, quàm anticipare.

Cum levamen habuerit, medicamentum potest iterari.

Attendendum est semper à Medico ad illud symptoma, de quo æger imprimis conqueritur; illud urgens in hoc ægro est sitis & dolor capitis, quibus occurrendum habito respectu ad febrem; præparetur ergò medicamentum, quod & sitim & dolorem sedat.

Cum hæc symptomata sint à Sale acri, medicamenta salem temperantia conveniunt.

Dolor in omni sensu est à molestiâ, sed in sensu tactus est à duritie, vel si sensus tactus subdividitur in duas partes.

Pars acrior bilis minuenda narcoticis, ne dolorem sentiat.

Medicamentum quod extra paroxysmum assumat, quod sitim tollat & dolorem sedet, est tale.

R. Aqu. Theriac. f.

fœnic. ana ℥b.

Spir. Nitri. Gutt. viii.

Syr. diacod. ℥b.

M. pro haust.

Quia autem æger debilis,

R. Aqu. fœnic. ℥ij.

Tinct. Cinamom. ℥b.

Spir. Nitri. Gutt. xv.

Laud. Opiat. gr. ij.

Syr. quinque Rad. ℥j.

M. assum. coehleat.

d 2

10. Nov.

10. Nov. Circa meridiem paroxysmum habuit; frigus valde urget, adhuc in pedib. præsertim; pulsus valde frequens, non tamen adeo urget frigus, ut heri, nec tantus dolor lumbor. & capit. ut antea; pulsus durante frigore solet esse compressior, & tamen frequentior, hinc omnia leviora; inde etiam judicare possumus, nos bene statuisse de affectu.

Iteretur ergò haustus heri præscript.

11. Nov. Febricitavit hor. 12. per 3. hor. frigus duravit.

Neglexit medicamentum; jam calet, nec mirum est, appetitus prostratur; cras ergò medicamentum sumat.

13. Nov. Conqueritur de æstu; sudavit satis commodè ab haustu circa vesperam.

℞. *Aqu. Borræg.* ℥iij.
Cinamom. ℥j.
Acet. stillat. ℥x.
Ocul. Cancr. ℥ss.
Antimon. diaph. ℥j.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syrup. de succ. acetos. ℥j.
M. sum. cochleat.

15. Nov. Triduo ab hoc non tremuit; melius se habet à mixtura, frigus tamen ab assumpto medicamento sensit tantum circa lumbos; pulsus robustior; habet alvum laxam; pedes tument; continuet mixturam.

16. Nov. Heri circa vesperam sensit paroxysmum; ab assumpto medicamento frigus cessavit; calor non urget; pulsus debilis est; in omnibus aliis melius se habet; talis est debilitas, qualis à ventriculo ortum habere solet malacia; heri habuimus pulsus robustiorem, hodiè debiliorem, ergò non potest peti causa à virib. Multorum enim vires plus conteruntur à frigore febrili, quàm à calore; dum frigus magis urget, & in hoc ægro adeo urgebat, ut coactus fuerit è lecto surgere, & ad ignem caleferi.

Duorum generum sunt Vires, cordis scil. seu Pulsus, & animales.

Ubi sensus & motus languidior, tunc vires animales debiles sunt; pulsus autem debiles cordis vires debiles esse significant.

Hæ duæ primariæ vires sunt, & debent observari à Medicis, & tertium genus debilitatis in ventriculo collocatur, & Malacia vocatur.

Vires quæ ad vitam spectant, præcipuè in corde sunt in hoc ægro, & debilitas motus & pulsus locum habent, sed de tertio genere conqueritur, sc. de Malaciâ, ob defectum alimenti, vel

ab aliis humorib. ibi hærentib. unde sæpè animi deliquio corripitur. Præcipua causa quærenda est in fermento; non appetit cibos, & tamen capit multa, nescit quid velit, & cum non appetit ea quæ solebat, hinc fermentum alteratur, sed quid illud sit in fermento, difficile est determinare; quando appetitus bene se habet, omnia sunt grata; quando languidus, nihil ferè placet, & cum eodem modo se res habet in hoc ægro, ergò illud, quod appetitum excitat, deest, vel minore quantitate adest; quòd appetitus à spiritu acido est, patet, quia acida appetitum augent. Ergò in hoc casu pono spir. acidum ligari quasi in pituitâ viscidâ, unde chylus crudus, & rarefactio sanguinis impedita, & paucitas spirituum animalium, unde tres illæ debilitatis species possunt deduci.

Prout appetitus se variè habet, ita etiam cibi varii esse debent, & omnibus omnia non conducunt, nec idem cibi genus.

Sed cum multa acida fuerint in mixturis, videtur acidum deberi augeri non minui; forsàn à nimio potu spiritus acidus diluitur, optat vinum, & forsàn eâ de causâ de malaciâ conqueritur.

A multo potu diluitur & eluitur è ventriculo fermentum, unde si ante cibum bibatur, appetitus profternitur; forsàn hic æger ventriculum suum gravavit, cum diversa optat; videtur autem potui deditus esse.

Cum statuitur aliquid viscidum adesse, à febre & multis symptomatibus; quæritur quid agendum, si alvus non amplius laxa, educendi sunt humores, semel modò dejecit, appetitus excitandus ergò.

℞. *Mass. Pil. Mastichin.* ℥j.
F. pilul. N^o. v.
Cras manè sumat easdem.

℞. *Aqu. Mentb.* ℥ij.
Tinct. Cinamom. ℥j.
Elix. propr. ℥ss.
Spir. Salis. Gutt. viii.
Syr. Mentb. ℥j.
M. assum. cochleat.

17. Nov. Heri vesperi inter 8. & 9. paroxysmus, sed aliquandò levior, adfuit, unde possumus judicare tale medicamentum & frigori & calori conducere, ubi frigus urget, assumit Cl. Sylv. plus aqu. theriacal. ubi calor verò plus acidor. ubi medio modo se habent, medio modo utitur.

Assumit 5. pilul. non dejecit adhuc; nihil assumit mixturæ, ergò statim sumat.

18. Assumit pilulas, quater dejecit, & satis copiosè quidem, pulsus satis debilis; habeat aliquid jusculi carnis vervecinæ. Heri vesperi non sensit

fenfit paroxysmum, nec assumfit Mixturam.
19. Nov. Hodiè manè circa 5. paroxysmum
passus est, frigus per 5. horas duravit; paroxy-
smus valdè gravis fuit; à Mixt. cum oculis Cancr.
benè se habet; pulsus frequens; mens ei non benè
constat. Iteretur Mixt. 13. Octobris præscr.

20. Nov. Frigus ab hora nocturn. ad 4. ma-
tutin. duravit; conqueritur quotidie os sibi à sa-
pore ingrato infici; optat vomitor. Quod autem
non ausus est dare Cl. Sylvius cum debilis sit;
dejecit quidem quotidie, quare leve tum pur-
gans per infer. præscript.

℞. *Elect. Cholagog.* ʒij.

*Aq. Mentb. q. s. pro haust. cras manè su-
mendo, nihil periculi inde timendum*
erit.

ἰσχυρὸν ποτὶ σίδηρον.

22. Nov. Heri assumfit purgans, semel de-
jecit, sed ita, ut putaret intestina extrahi è cor-
pore; heri levem febr. habuit; hodiè frigit,
circa nonam; nunc calere incipit; hodiè non de-
jecit; dolores ventris circa umbilicum sentit; non
adèd dolet in lumbis, uti priùs, quando manum
porrigit, dicit dolorem ventris augeri; ex pul-
su levior apparet paroxysmus; temperat sibi à
potu, quod signum est, sitim non amplius esse
valdè urgentem; si flatus emittit, & venter est di-
stensus, tunc dolor est à flatibus, si verò non, tunc
ab acrimoniâ humoris; incipiente paroxysmo di-
cit se sentire flatum ab uno latere in aliud moveri,
& si flatus emittat, levamen habet.

Distinguendum esse inter abdomen extrinsecè
distensum & intrinsecè, ubi indurefcit quasi,
tunc fuit non distensio, sed contorsio intestino-
rum.

Sæpè sitis est magna sine æstu; sæpè magnus
æstus sine siti sæpissimè junguntur, hinc non so-
lùm calor, siccitas, frigiditas & humiditas in re-
bus animalibus consideranda, sed acidum etiam,
amarum, & salsum, de quibus Hippocr.

Dolor etiam est continuus & pungens, ergò
accedit etiam acrimonia, cùm pituita ibi hæ-
rens à purgante mota potest talem dolorem cau-
sare; potest esse acrimonia sine bile in pituitâ,
scil. ab aciditate; aciditas enim semper est in
pituitâ, & si adèd laxè inhæreat, ut bili junga-
tur, fit bilis acris, atra bilis dicta. Si sitis esset
à bile, calor etiam adesset; longè facilius cura-
tur sitis à bile, quàm ab alio humore in frigore
paroxysmi facta. Opium lenit dolores, & somnum
conciliat; lenit dolores, quat. sal ejus volatile à
spiritu volatili volatilifatur; ratione spiritus vola-
tilis facilius jungitur spiritibus animalibus, unde à
sale illò figuntur spiritus animales, hinc somnus.

Sal volatile fixum redditur à sale fixo. Spiritus
Vini malvat. gratissimus est. Nam ut ratione fa-
lis opium jungitur pituitæ & bili, sic ratione
spiritus cur non spiritui animali jungatur sal. O-
pium etiam humores acres figit, nam ratione fa-
lis in eo est vis figendi. Spiritus acidus potest
concentrari, sed non præcipitari, nam nihil in
eo est, quod fundum petat; & quàmvis Spiritus
Vitril. Tartaro junctus & concentratus fit, non ta-
men est propriè præcipitatus, & quando sal li-
xiviosum & Spiritus acidus junguntur, aliquan-
do aquâ non possunt solvi, imprimis si accedat
oleum, ratio est, quia pori eo modo occludun-
tur; qui Spiritum & salem potest figere, mul-
tum potest.

℞. *Aq. Mentb.* ʒij.

Fenic. ʒj.

Tinct. Cinamom. ʒß.

Spir. Nitri Gutt. viij.

Laud. Opiat. Gr. ij.

Syr. Mentb. ʒj.

*Assumat sæpius Cochlear. j. & redeunte pa-
roxysm. 2.*

23. Nov. Nunc versatur in Paroxysmo.

24. Nov. Vix aliquid de febre fenfit; à Medi-
camento levamen habet.

25. Nov. Hodiè febrem habuit; assumpto Me-
dicamento melius habuit; hac nocte per 5. hor.
commodè quievit.

27. Nov. Parùm dejecit; pedes magis tument.

℞. *Elect. Hydragog.* ʒij.

Aq. Petrosel.

q. s. pro haust.

29. Nov. Heri per 6. hor. in paroxysmo fri-
guit, & frigus ei admodum molestum fuit; to-
tum corpus ferè evacuavit à purgante, ut dicit;
se ferè cœcum fuisse narrat; facies valdè tumet;
bibit satis liberaliter, minimè sibi temperat. Ite-
retur Mixt. 22. Nov. præscr.

30. Nov. Heri vesperi per 2. hor. duravit fri-
gus, hodiè non malè se habuit à purgante. Ite-
retur Mixtura 22. Nov. præscr.

1. Dec. Humor à Medicamentis sublatus est,
& multam aquam evacuavit.

2. Dec. Aliquantò melius se habet.

3. Dec. Multum dormit, erit mutatio vel in
melius, vel in pejus, post somnum.

6. Dec. Pulsus commodior, quàm priùs; val-
dè sitit, adèd ut toto morbi tempore vellet bi-
bere; non satis est sui compos. Iteretur Mixt.

22. Nov. præscr.

d. 3.

9. Dec.

9. Dec. Valde debilis est, iteretur Mixt. nuper præscr.

R. *Aq. Borrag.*

Meliss. ana. ℥j.

Tind. Cinamom. ℥ss.

Spir. Salis, gutt. viij.

Syr. Papav. errat. ℥j.

M. assum. subinde haustul.

11. Dec. Valde debilis est. Iteretur Mixtura 9. Decembr. præscr.

14. Dec. Quanquam valde debilis sit, tamen aliquantulum surrexit. Iteretur Mixt. 9. Decemb. præscr.

15. Dec. Satis bene valet, pulsus etiam commodè se habet, & cibi aliquid iterum sumpsit.

16. Dec. Sanguinem exspuit hodiè, & in statu non optimo versatur.

17. Ipsi res in pejus vergere jam videmus, tantum enim non habet virium, ut verbum proferre possit; os & palatum ei repleta sunt sanguine, iteretur ergò Mixt. 9. Dec. præscr.

20. Dec. Alexander obiit, & publicâ sectione apertus est.

Annotata quædam ex dissect. cadav. Alexandri.

Abdomen planè collapsum erat, ut ne intestina in ipso contineri apparerent.

Dissectâ cute, eaque liberatâ, ne vestigium quidem pinguedinis apparebat, sed omnis consumpta erat, muscoli autem abdominis egregii satis erant & rubicundi.

Dissecto abdomine eoque aperto cavitas ejus multâ aquâ erat repleta, & penè tres pintæ Belgicæ exhauriebantur; quamvis venter ne minimum turgeret, sed planè collapsus esset; quæ aqua denotabat speciem hydropis; & hoc est contra eòs, qui omnem hydropem per tumorem definiunt; aliter enim & non semper tumorem locum habere; redarguit autopsia hujus cadaveris. Omentum penè sursum versus ventriculum distractum erat, fuitque foetidi & obscuri coloris, & tenuia intestina ab omento planè non tegebantur.

Et quibus talis est constitutio, semper illi peunt ignem & injuriâ aeris frigidi offenduntur.

In intestinis tenuibus duobus distinctis in locis observabatur, quòd una substantia illorum ingrediebatur in alteram, in uno loco, quando extendebantur; ingressa erat substantia unius in alteram, ad longitudinem 4. digitor. transversorium; in altero autem loco spithamæ minoris, quam intorsionem Cl. Sylv. contigisse putat à flatibus valde urgentibus, hocque malum incurabile est; quando enim adhibentur medicamenta flatum

discutientia, tunc propellitur magis intestinorum substantia in aliam.

Omnia intestina tam tenuia quàm crassa flatibus erant distenta.

In intestino colo hoc observabatur, quòd mox contractum à flatibus, mox distensum, & iterum contractum erat.

NB. Ubi est principium intestini coli observandum appendiculam ibi esse, quæ vocatur intestinum cæcum, in cujus appendiculæ finem Cl. Sylv. principium ejusdem motus constituit, ita ut quando excrementa in illud perveniunt, ibi loci fiat motus, & excrementa ex eo iterum propellantur, & deorsum ad intestina protrudantur. 2. Considerandus venit annulus membranæ seu valvula, quæ duplicem præstat usum: 1. Ne ex intestino tenui excrementa semel prolapsa regrediantur, motuque præpostero sursum ferantur. 2. Quando clysteres injiciuntur, ne sursum ferantur, & per os rejiciantur, quod contingit ex laxatione hujus valvulæ, quales tristes eventus sæpè observavit Cl. Sylv. & recenset River. in praxi.

Sanguis vix apparebat in vasis mesenterii, ita pituitosus erat.

NB. Differentia intestinorum crassorum & tenuium internæ substantiæ hæc est, quod substantia interna crassorum plana magis, tenuiorum autem pannosior est. Præterea notandum, intestinum tenue à pyloro transfertur ad renem dextrum usque, & tunc vergit sub mesenterio ad renem sinistrum, & ubi sensim reflectitur, observatur ductus biliaris & pancreaticus, qui ibi concurrunt; ex duobus illis ductibus, unus constituitur, & hic duo ductus se exonerant in illud intestinum, cum autem hi duo humores, qui partim ex pancreate, partim ex ductu bilario eò deferuntur, & phlegmati, quod semper ibi præstò est, permiscetur, temperant se invicem; his autem pravè dispositis, sive unus sive ambo, sive omnes effervescentiam & dolorem instituunt, ut & frigus & calorem, quæ symptomata ibi observantur, circa regionem scil. lumborum, in febribus omnibus, potillimum intermittentibus, uti testatus fuit Cl. Sylvius.

Mesenterium, quod aliàs in mediis vertebrae annectitur, in hoc subjecto versus partem dextram magis vergebat.

Ventriculus situm suum naturalem non observabat, sed rectâ deorsum tendebat.

Pan-

Pancreas non ita firmum erat, uti debebat, sed flaccidum erat.

In cavitate thoracis multa aqua reperiebatur, & quæ in dextro latere hærebat aqua, subflava erat, ac membranulæ, ut & stigmata reperiebantur in illâ; aqua autem quæ in sinistro latere continebatur, cruenta erat, nullæque membranulæ in eâ reperiebantur, signum, illam non tantâ acrimoniâ fuisse præditam, quàm quæ in dextro latere continebatur.

In toto sinistro pulmonis lobo durities percipiebatur, quo dissecto spumosa ac cruenta effluabant.

In dextro autem lobo talis durities non reperiebatur, sed uterque lobus, tam dexter, quam sinister erant obscurioris coloris.

In capite omnia benè se habebant, nisi quod sanguis pituitosior, quæ sanguinis constitutio in toto illo cadavere observabatur.

CASUS LXII.

15. Dec. **V**ir quidam accessit paralyticus, & per quadriennium jam valetudinarius fuit; & antequam in hunc affectum incideret, febr. lentis & erraticis laboravit; deinde dolores atroces in cruribus habuit: pridie calendis Octobr. ex vehementi ira in linguæ paralyfin incidit, magnâ cum debilitate & gravibus doloribus in brachiis & cruribus; caput inane esse videtur; ab eo tempore paralyseos somnum vix capere potest; parum edit, nec multum dejicit; ne per 3. septimanas ante paralyfin dejecit.

Ira hic causa procatartica est, sed quoniam antea quædam mala fuerunt, nempe humor pituitosus cum bile mixtus, ab irâ moti sunt, & bilis tam ad superiora, quàm ad inferiora effusa est.

Ideoque & bilis & pituita hic peccarunt, antequam incideret in hoc malum, dolorem in lumbis, & ardorem in capite sensit, vigiliæ ipsi valdè molestæ fuere, & dolores in cruribus.

Confert hic Medicamentum, quod leniter quidem deducit humores, lenit dolores & vires roborat.

℞. *Mithridat.* ℥ij.
Syr. Stachad. ℥j.
Aq. Theriacal. simplic. ℥℞.
M. S. assumat cochleatim.

16. Dec. A mediâ nocte usque ad hor. 8. matutin. somno satis profundo dormivit, parum verò dejecit.

Humores pituitosi hic valdè peccant, per accidens autem bilis mota & irritata est.

℞. *Elect. Cholagog.* ℥ij.
Hydragog. ℥j.
Aq. Bethonic.
q. s. M. s. haust.

17. Dec. Quinquies dejecit, & sentit levamen; punctiones per omnia membra habet; hæc nocte sponte quievit; alterantia quæ motum movent, & vias parant, hic profunt.

℞. *Aq. Melis.*
Fenic. ana. ℥j.
Theriacal. simplic.
Tinct. Cinamom. ana. ℥℞.
Laud. Opiat. Gr. ij.
Syr. Stachad. ℥j.
M. Assumat Cochleatim.

18. Dec. Non continuò dolorem punctorium & fornicationes sentit.

Præscribatur ei Decoct.

℞. *Rad. Fenic.*
Apii. ana. ℥j.
Galang. ℥ij.
Rasur. lign. Guajac. ℥ijj.
Baccar. Junip. ℥ij.
Sem. Urtic. Rom. ℥ij
Cog. s. a. in aq. pur. in Colatur. ℥xl.
Dissolv. Syr. de Helleb. Nigr. ℥ijj.
Spir. Vin. redif. ℥ijj.
M. S. assum.
Per Haustus.

19. Dec. Iteretur mixtura heri præscr. Bis terve in die ante pastum Cochl. j. assumat.

Urina nubeculam in fundo habet; arenæ quoque in fundo esse videntur; quando sunt in superficie, significant capitis inanitatem.

20. Dec. Iteretur mixtura 17. Dec. præscr.

21. Dec. Mixti dolores hic sunt, quare & varia hic consideranda; nam varia illa affluxio spirituum facit mutationem motus, & quidem puncturæ, quæ est fornicationis; calorem ab extremis assurgentem & medullam ex ossibus quasi exsurgentem observat. Habet quod sumat.

22. Dec. Nihil hæc nocte dormivit. Iteretur Mixt. 15. Dec. præscr.

24. Dec. Pulsus melior, commodiusque hodie quievit. Iteretur in duplo Mixt. 15. Dec. & Apozema 18. præscr.

27. Dec.

27. Dec. Videmus subitam mutationem, ventrem scilicet tumefactum à flatibus; videtur ipsi ac si visus obscurior sit ab halitibus melancholicis communicatis oculis & humoribus quibus nutriuntur. Iteretur Mixtura 15. Dec. & Decoct. 18. præscr.

29. Dec. Placidè hâc nocte quievit, Decoct. & Mixtur. sumsit, attamen non purgatus. Iteretur Mixtura & Decoct.

30. Dec. Quoad omnia melius se habet, heri hæmorrhagiâ laboravit; benè quievit, unde symptomata sunt leviora.

Iterentur omnia.

3. Jan. Seq. anni. Nudius tertius febricitavit; præscr. Decoct.

℞. Rad. Fœnic.

℞. Apri.

℞. Pœn. ana. ℥j.

℞. Galang.

℞. Curcum. ana. ℥ij.

℞. Rasur. lign. Guajac. ℥iij.

℞. Baccar. Junip. ℥iij.

℞. Laur. ℥iij.

℞. Sem. Urtic. Rom. ℥iij.

℞. Coq. ex aq. pur. in Colatur. ℥xl.

℞. Dissolv. Syr. de Helleb. Nigr. ℥iij.

℞. Syr. de Colocynth. ℥iij.

℞. Spir. Vin. rectific. ℥iij.

M. & sumat subinde haust.

4. Jan. Mediocriter se habet.

5. Jan. Non dejecit, & parum quievit per biduum. Iteretur Decoct. 3. Januar. præscr.

7. Jan. In meliori statu vivit.

8. Jan. Satis commodè se habet, nisi quod de continuo frigore extremarum partium conqueratur. Omnes partes paralyticæ longè sunt frigidiores reliquis, quamvis restitutæ sint, & moveant partes illas, attamen illæ frigent, sed bonum signum futuræ sanitatis est, quando sentiunt se frigescere. In quâdam paralyseos specie intumescit pars paralytica, in quâdam non intumescit, tunc illi succurrendum & ad illam curam dirigenda; aliquando non tumescit, & tunc malum in viis; quare in examine ejus conclusum est, humorem pituitosum in partibus hæere; nam sæpillimè paralytis fit, cum humor pituitosus musculos & fibras afficit, imò fit etiam quando secundum ductum vasorum & nervorum motu humoris pituitosi fit compressio istorum vasorum, malum ejus non est notabile in partibus, non tumor adest; antea præ stupore non sensit frigus, jam verò diminuto stupore magis alget. In melius, non in pejus vergit. Iteretur Apozema 3. Jan. & Mixt. 6. Jan. præscr.

10. Jan. Heri levem paroxysmum febril sensit, nunc benè se habet. Iteretur Mixt. 18. præscr.

11. Jan. Benè dejecit, & valedicit. Iteretur Mixt. 6. Jan. præscr.

C A S U S LXIII.

11. Jan. **V**iro cuidam caput dolet ab 8. jam diebus; dolor etiam est in lumbis, alvus laxa est; somnus nullus; continuo friget; ex lumbis affurgit frigus ad caput, unde grave est, & vertigine vexatur; quamprimùm corpus movet, friget; deliravit quoque in febr. continuis; alias non sentitur frigus, sed exacerbatio; de calore nullo conqueritur.

Spiritus acidus hic in pituita nimiam facit effervescentiam, ideoque non solum emendandam, sed & evacuandam esse statuit Cl. Sylv.

℞. Aq. Petrosel.

℞. Fœnic. ana ℥iij.

℞. Theriacal. simpl. ℥vj.

℞. Laud. Opiat. Gr. ij.

℞. Antimon. Diaphor. ℥iij.

℞. Syr. quinq. Rad. ℥i.

℞. M. Sumat. Cochlear. j.

Et quidem singul. hor. Cochlear. j.

12. Jan. In omnibus levamen habet; benè quievit, nec dolorem capitis amplius sentit, sed sapor aliquis dulcis, saccharo Saturni simillimus ei valdè molestus est. Oleum spiritui acido junctum & sali lixivioso dulcedinem efficit. Iteretur Mixtura heri præscripta.

13. Jan. Conqueritur de dolore lumborum; non dejecit; quamprimùm inclinatur in somnum, sudat, aliàs commodè quiescit. Iteretur Mixtura 11. Jan. præscr.

℞. Elect. Hydragog. ℥iij.

℞. Aq. Petrosel. ℥iij.

M. f. haust.

14. Jan. De dolore cinguli ad instar sub umbilico conqueritur; transversim tenduntur istæ partes instar chordæ. Nullum intestinum transversim fertur, præter colon, & ubitalis dolor, accusandum est colon; possunt enim & reliqua quoque affici sed rarè, & tunc dubio Medicos involvit. Heri illum hoc malum invasit; emisit flatu. Dolores intolerabiles fortasse à Spiritu acido.

℞. Aq.

R. *Aq. Horã. ℥xx.*
Fenic. ℥i℥.
Spir. Vin. rectific. ℥j.
Syrup. de Sennã. ℥iij.
Spir. Nitri. ℥℥.
M. f. Julap. sumat subinde haustum.

R. *Aq. Menth.*
Fenic. ana. ℥j.
Spir. Vin. rectific. ℥vj.
Nitr. ℥℥.
Laud. Opiat. Gr. ij.
M. f. Mixt. Cochleat. assumenda.

19. Jan. Paroxysmum habuit; amara copiosè evomuit; nihil dejecit; conqueritur de anhelatione & pectoris dolore.

R. *Aq. Hysop. ℥ij.*
Fenic. ℥j.
Acet. Stillat. ℥vj.
Spir. Vin. rectific. ℥℥.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Antimon. Diaphor. ℥j.
Bol. Armen. ana. ℥j.
Syr. Quinq. Rad. ℥j.
M. f. Mixt. Cochleat. sumenda.

Ol. destil. Granor. Junip. Gutt. vj.
M. f. Pilul. N. xxx.
Sumat 7. singulâ vesperâ sub borâ decubitus,
si non febricitat.

R. *Aq. Fumar. ℥℥.*
Theriacal. simpl. ℥iij.
Sal. Ammon. Gr. xv.
Syr. quinq. Rad. ℥℥.
M. pro haust.

11. Nov. Per duos dies paroxysmum sensit, & hodiè pilul. assumit, unde semel quidem, sed copiosè dejecit.

13. Nov. Paroxysmum circa hor. quartam pomeridianam habuit; frigus duravit hor. 2½ calor etiam fatis molestus fuit; assumpsit heri pilul. & inde ter dejecit. Paroxysmi certum non servant typum. Cras assumat iterum pilul. jam præscribemus Mixt. contrâ paroxysm.

R. *Aq. Fenic.*
Theriacal. simpl. ana. ℥℥.
Acet. stillat. ℥iij.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Syr. quinq. Rad. ℥℥.
M. f. Haust.

CASUS LXIV.

9. Nov. **V**ir quidam febre erraticâ, & quidem aliquando quotidie, aliquando alternatim corripitur; frigus ipsum aliquando per 4. aliquando etiam per 2. hor. urget; calorem non sentit; frigus inter scapulas & lumbos est; intestina ipsi quasi convelluntur; alvus segnis est, nec fitit, nec sudat; aliquando æstum in intestinis sentit, nec non tormina.

Per 10. Septimanas malè se habuit, nec aliquid assumpsit medicamentorum.

A diuturnitate judicat Cl. Sylv. pituitam hic peccare, sed non solet tamdiu durare, nisi aliquid aliud jungatur, & cum tormina adsint, spiritus acidus jungitur; saporem nidorosum habet in ore, ergò bilis adest; pituita igitur peccat, & in ea aciditas. Bilem, dum alvus segnis, possumus purgare, aut priùs alterare. Heri paroxysmum habuit.

R. *Gumm. Ammoniac. cum acet. præp. ℥℥.*
Mastich. el. ℥j.
Chalyb. Præp. Gr. xv.
Trochisc. Albandal. ℥℥.

CASUS LXV.

Puella quædam 14. annor. per 5. septimanas variolis laboravit, & quia admodum debilis, huc in nosocomium est delata, ut ad pristinam redeat sanitatem. Assumat seq. Mixt.

R. *Aq. Fenic.*
Petrosel. ana. ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Antimon. Diaphor. ℥j.
Syrup. quinq. Rad. ℥℥.
M. & sum. subinde Cochl.

NB. Hanc Mixtur. valdè commendat Cl. Sylv. in variolis, eamque à principio ad finem exhibere jubet.

9. Nov. Benè se habet; habet adhuc quod assumat.

10. 11. & 12. Nov. Hisce diebus optimè se habuit.

Iterata fuit Mixtura 8. Nov. præscr.

CASUS LXVI.

MUlieri cuidam de dolore oculor. conquerenti sequens collyrium præscript. est, à quo summum levamen habuit,

Rx. *Aq. Ros. alb. ℥iſs.*
Fenic. ℥ſs.
Sief. Alb. Dj.
Vitriol. Alb. Gr. ij
M. & f. Collyrium.

Annotata quædam ex sectione cadaveris feminae cujusdam Helena dictæ.

Pinguedo in abdomine multa reperiebatur, ad crassitiem pollicis transversi, bonique & naturalis coloris; sed hoc mirum, quia intrâ quatuor septimanas nullum alimentum potuit assumere, quòd tanta pinguedinis copia conspiciebatur. Omentum admodum pingue erat, ac naturaliter alias se habebat, nisi quòd à parte inferiore circa umbilici regionem firmiter adhaerebat peritoneo, & ubi vulnera in abdomine erant inflicta (quorum 7. aut 8. erant;) omenti pars se insinuaverat firmiter in illar. cicatrices.

Intestina quoad externam substantiam naturaliter se habebant, quoad colorem & conformationem, intestinum vulgò duodenum dictum 4. erat transversorum digitorum, antequam vergeret in latus sinistrum.

In intestino tenui ubi ductus pancreaticus & biliaris se exonerant, corrosio partis ejus internæ observabatur, & omnia cruenta, quoad ejus substantiam internam cernebantur, multumque phlegmatis quasi purulenti ad cochlearia quatuor exhauriebatur.

Ventriculus flatibus distentus erat, nihilque in illo reperiebatur præter phlegma paucissimum ad quantitatem dimidii vix cochlearis; tunica inferior & interior ipsius ventriculi rubicunda & corrosa erat, signum ab acerrimo humore bilioso delato ad ventriculum, qui in superficie inferiori ipsius ventriculi vim suam magis potuit exercere, quàm in intestino, ubi ductus biliaris insertus fuit, & ratio hæc est, quia in intestino tenui multum phlegmatis reperiebatur, quod contemperavit bilis acrimoniam; pars autem volatilis & acrior delata fuit ad ventriculum, ibique nihil reprens, à quo contemperaretur, vim suam corrodendo superficiem inferiori ventriculi tunicae, exeruit.

Superficies ventriculi superioris tunicae alio modo se habebat, ac albescebat plane, uti ferè solet naturaliter se habere.

Vesicula fellis admodum magna fuit, uti nunquam in sectione ullâ observavit Cl. Sylv. eratque obscuri lividiorisque coloris, & intestinum tenue & ventriculus tali colore tincti erant, cum illis partibus, quas attingit folliculus fellis.

Lien substantiæ erat durioris, quàm naturaliter se habere debebat, & rubicundi planè coloris, ut epatis; epar autem naturaliter se habebat. Ductus biliaris & pancreatici insertio, quæ alias ut plurimum in unum locum terminantur, in hoc subjecto ad latitudinem pollicis transversi distabant.

Renes magni erant, alioquin benè dispositi. Capsulæ renales seu atrabiliaræ, uti vulgò vocantur, tantæ erant, qualem magnitudinem nunquam observavit Cl. van Horne. NB. Nulla arteria definit in istas capsulas, sed ingens vas venosum conspicitur, quod signum est, ex capsulis deferri, non autem aliquid eis accedere; præterea nervi pertinent ad illas capsulas.

Capsula renis dextri penè triangularis erat, sinistri autem penè quadrangularis.

Vasa in uteri collum definentia valde repleta erant sanguine & distenta.

Circa testes vesiculæ in utroque latere observabantur, quæ aquâ erant repleta.

Membrana pulmonum firmiter annexa erat pleuræ, aliàs pulmones benè se habebant.

Exiguâ in quantitate aut planè nihil aquæ in pericardio continebatur.

In utroque ventriculo cordis polypus, uti vulgò vocatur, reperiebatur instar frusti carnis, magnaque in copia ex arteriâ magnâ & venâ extrahabatur.

Planè nullus sanguis in illis duob. vasis continebatur, & in singulis vasis sanguineis paucus contentus erat sanguis, nisi in vasis circa uterum.

In gulâ materia viscida flava reperiebatur, valdeque foetida. In capite omnia benè se habebant, & notata est in hujus subjecti esse frontis cavitates, dissecto se cranio, ubi immisso folle aërem per nares egredi observavit Cl. van Horne. Hoc itidem contingit in osse sphænoide, ex quo, si follis immissus aër per nares quoque egreditur.

CASUS LXVII.

MUlier quædam, quæ valde conquesta fuit de immensis & ineffabilibus ventris doloribus post-

postquam ante 3. dies in nosocomium Leidense, ut sanaretur, delata esset, eodem die, quo eò deferretur extincta est, & hodiè die 13. Nov. 1660. ejus cadaver cultro Anatomico subjectum fuit, in quo sequentia observabantur.

In infimi ventris apertione omentum supra ventriculum non extendebatur, illudque firmiter peritonæo annexum erat; pinguedo in omento satis copiosa observabatur, sed admodum foeda.

Intestina omnia, præsertim tenuia valde rubebant; & tenuia intus etiã valde perfusa erant bile rubicundi coloris, omnium autem maxime intestinum duodenum, & talis rubedo signum fuit insignis acrimoniæ, quã bilis fuit præternaturaliter prædita, bilis hæc aquã permista flavescibat.

Ventriculus magnus erat, & ad digitum transversum infra umbilicum descendebat; phlegma in Ventriculo præter solitum viscidius erat; Ventriculi substantia interna valde rubebat, quod signum est inflammatum fuisse; & quo latere Ventriculus vesiculam fellis externè tangebatur, eodem colore infectus erat.

Omnia spumebant quæ circa Ventriculum & vesiculam fellis observabantur, signum bilis acrioris. Aqua rubens maxima copia in cavitate abdominis reperiebatur. Uterus totus in latus dextrum vergebat, qui naturaliter in medio cavitatis, in quã hæret, situm suum observare debuisset; magna erat excrescentia in ejus parte posticã tam dura, ut cultrum Anatomicum admittere nòlet, illaque excrescentia planè ossea erat. Uteri substantia quoque bis crassior erat, quàm naturaliter debebat. Vesica longè crassior erat, quàm debebat, & ex parte erat ulcerosa totaque superficies ejus interna erat læsa. Renes longè majores erant, quàm debebant, cum dissecarentur magna copia sanguinis atrii purè permixti effluebat. In cavitate thoracis magna quantitas aquæ sanguine tinctæ reperiebatur pulmonefque admodum turgebant, omniaque in thorace ita se habebant, sicuti in pectoris hydrope. Cor magnum erat, & prope auriculam dextram macula alba reperiebatur quasi esset candela aliqua caticula combusta.

Arteria magna tanta erat, ut parum discederet à magnitudine arteriæ bovis.

Quoad cerebrum, in eò omnia bene se habebant.

CASUS LXVIII.

ANcilla quædam, quæ insigni suffocatione uteri laborabat, cum sumã respirandi difficulta-

tè tantaque ventris elevatione & concidentia, ut mirum adspicientibus videretur, cum autem ne verbum quidem proferre potuisset, ac quomodo afficeretur, enarrare quivisset sequentia ipsi fuere præscripta.

R. Castor.

Asta Fatid. ana. ℥ss.

M. ℥ss. Nodat. ex collo suspendendus.

R. Aq. Puleg. ℥ij.

Theriacal. simpl. ℥vj.

Ol. dest. Succin. Gutt. vj.

M. de eã Mixt. sumat sæpius Cochl. j.

9. Nov. Adhuc in eodem statu manet, nec loquitur, & quia ab exhibit. Medicam. nullum adhuc levamen sentit, de sequ. Mixt. sumat subinde Cochl. j.

R. Aq. Puleg. ℥ij.

Theriacal. simpl. ℥vj.

Ol. dest. Succin. Gutt. viij.

Syr. quinque Rad. ℥j.

M.

10. Nov. Aliquid levaminis hodiè habuit, atmen nondum potest commode loqui, nec aptè intelligi, iteretur ergò Mixt. heri præscripta in duplo.

11. Hodiè iterum parum levaminis habuit, habet adhuc de Mixt. quã utatur usque in crastinum.

12. 13. Nov. Paulò majus levamen jam sentit, iteretur igitur Mixt. in duplo 9. Nov. præsc.

14. 15. Nov. Adhuc majus levamen sensit, habet adhuc quod sumat.

16. Nov. Quia præcedentibus dieb. ob malum valde urgens ne verbum quidem potuisset loqui, & hodiè bene se habet, & quidem longè melius, quàm aliis dieb. narravit, se per 3. menses dolorem in lumbis sensit, qui continuo perseveraverit; tumor & dolor dehinc excitati sunt in sinistro hypochondrio, postmodum malum infestavit Ventriculum, unde quasi palpitationes sensit; respiratio fuit difficilis, ut sibi in faucibus aliquid hære videretur; cor anxium fuit; palpitationes molestas habuit, & quando palpitationes infestabant, se melius habuisse ab anxietate cordis testata est, quando eor. palpitaverat vel angebatur, sudor ipsi erumpebat.

Itaque ex his fatis patet, affectum hunc esse suffocationem uterinam Medicis sic dictam, à flatibus ortam, quòd patet, quia erumpentibus flatibus levamen habuit, humores autem illi ex quibus flatibus sunt excitati, admodum viscidii fuerant, quia

tam diu duravit malum, ut non facile dissolvi potuissent, locum & focum istius materiae viscidæ agnoscimus abdomen, & inprimis intestinum duodenum & Ventriculum, in lumbis enim sensit dolorem, & in ventriculo palpitationem, ex quo flatus emisit. Hysterica autem passio cum affectione hypochondriacâ maximè convenit, & differt ab hac in eo, quòd in hypochondriacâ affectione strangulatio non adsit. In curatione autem hoc præstandum, ut humores viscidi & tenaces incendantur, attenuentur, & ad evacuationem per epicrasin præparentur, quod sequi pilulis præstari potest.

℞. *Gumm. Sagapen. cum Acet. Præp.* ℥℞.
Castor. Opt.
Mastich. el. ana. ℥j.
Myrrh. Rub.
Chalyb. Præp. ana. ℥℞.
Trochisc. Albandal.
Resin. Jalapp.
Resin. Scammon. ana. ℥j.
Ol. dest. Succin. Gutt. vj.
M. f. Pilul. No. xxx.
Assum. quotidie. v.
 Convaluit.

C A S U S L X I X.

Mulier quædam per 5. menses febricitavit, & inde per 6. septimanas alvi fluxum continuum passa est, ut quæ assumpserat, non solum insipida ipsi viderentur, sed & eadem per inferiora statim rejecit; nausea adest; sitis magna; vires sunt prostratæ, maximeque friget.

Hodiè 9. Nov. quater dejecit; itaque de seq. Mixturâ, quæ vires reficit, & moderatè adstringit, sæpius assumat Cochl.

℞. *Diascord. Fracast.* ℥i℞.
Tinct. Cinamom. ℥iij.
Syrup. Myrtillor. ℥j.
Aq. Plantag. ℥iij.
 M.

10. Nov. De Mixturâ per diem & noct. assumit; à quâ benè se habere testatur multumque levaminis sensisse; iteretur itaque illa Mixt. eâque frequenter utatur.

11. Nov. Alvi fluxus planè cessavit, assumat frequenter de Mixt.

12. 13. Nov. Optimè se habet, nullaque sym-

ptomata amplius urgent; conqueritur saltem de appetitu prostrato, in cujus restaurationem

℞. *Elix. Propriet.* ℥j.

Sumat Gutt. vj. è Cochleari cum vin. bor. dim. ante prand. & cænam.

14. 15. Nov. Optimè se habet, appetitus sensim redit, viresque restaurantur, habet adhuc quod assumat; de Elixir proprietat.

16. Nov. Omnia benè procedunt, nec amplius petit medicamenta.

C A S U S L X X.

Vir quidam laboravit aliquando febre tertianâ continuâ, in quâ multum potus assumptus; febre per dies aliquot remissâ inordinatè satis vixit, multoque potu se oneravit; paulò post incidit in summum totius corporis frigus, à quo immensæ laniationes in Ventre suboriuntur, inprimis in sinistro latere, Venter pedesque valdè tument; quando se ab uno latere in alterum movet, quasi humorem in ventre percipit. Febris adest erratica, & continuò friget, ut non possit incalescere, vires admodum prostratæ; pulsus admodum debilis.

Ascites hydropis species appellatur, ortus à febre prægressâ, & potu nimia copiâ assumpto. Quia autem vir hic die 18. Nov. in nosocom. delatus est, nullumque medicamentum adhuc assumptus, & signa, vix bonum futurum eventum demonstrant, quia vires valdè sunt prostratæ, seq. medicamentum ei exhibeatur, de quo singulis horis Cochl. j. assumat.

℞. *Aqu. petrosel.*
Tberiacal. f. ana. ℥i℞.
Tinct. Cinamom. ℥vj.
Syr. quinque Rad. ℥j.
Spir. Nitri. Gutt. viij.
 M.

19. Nov. Omnia perversa in hoc ægro se ostendunt, ut parum de ejus salute sperandum sit; frigus continuum & summum ipsum urget, externæ autem partes calent, & in partib. externis calor sentitur acris; pulsus frequens est admodum & debilis, itaque ad instaurandas vires iteretur mixturâ 18. Nov. præscr.

20. Nov. Hodiè vitam cum morte commutavit.

CASUS LXXI.

Vetula quædam conquesta est admodum de dolore in mictione, exulceratum enim est collum vesicæ, & à nullo medicamento majus levamen sensit, quàm à pilul. sequ.

℞. *Mass. Pil. de cynogloss.* ℥℔.
F. pilul. N^o. LX.
Assumat singulis biberiis j.

6. Jan. 1661. Conquesta est de immensis ventris dolorib. incipientibus à lumbis, & versus pedes tendentibus, præ illis quiescere non potest; alvus satis libera est, itaque de sequ. mixturâ subinde cochl. j. assumat.

℞. *Aqu. petrosel.*
Fenic. ana ℥j.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥℔.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M.

5. Jan. Multum levaminis habuit à mixturâ.

CASUS LXXII.

Vir quidam de febre erraticâ conqueritur, quæ ipsum jam aliquando duob. trib. quaternisve dieb. invasit, & cujus frigus per duas aliquando tres quatuorve horas durat, nec valde urget; quando paroxysmus ingruit, circa lumbos frigus sentit; de dolore ventris etiam maximè conqueritur, ut omnia sibi dilacerari in abdomine videantur (hæc autem omnia in frigore percipit,) per 10. septimanas malè habuit, nullo adhibito medicamento; alvus segnior est, & sapor nidorosus in ore percipitur; urina crassa; pulsus celer, nec adeo debilis.

Explicatio cum curatione.

Vir hic febre erraticâ laborat, quod ex casu superflue patet; primario afficiuntur intestina, quod dolor illorum maximè evincit; ingruente paroxysmo afficitur quoque cor, delatâ scil. materiâ ad ipsum, ibique irritatione instituentem febrilem.

Causa autem videtur esse humor pituitosus sub-

acidus & biliosus qui sibi invicem misti sunt. Pituitam in vitio esse evincit affectus in longum tempus protractus, & frigus illud, quod maximè præ calore sentit æger. Bilem quoque in vitio esse, indigitat calor, quem remisso frigore æger percipit, ut & nidorosus ille sapor, per totum os dispersus.

Quod autem febris hæc mox 2. tertio aut quarto die se manifestat, id est partim à dispositione humoris quantitate aut qualitate peccantis, si nimirum ita dispositus sit hoc vel illo die, ut fluxilis reddatur, partim à dispositione viarum, per quas defertur ad cor, ibique febrem causat.

CURATIO.

Quia hic æger nullum remed. in sui auxilium assumpsit, & hæc die in Nosocomium delatus est, qui dies est intermissionis, pilul. sequ. ordinatæ fuerunt, de quibus quinque horâ 6. vespertinâ assumpsit; eodem modo singulis intermissionis dieb. procedente, quando commodius ipsi videatur tempus, five conveniens id sit, five manè five vesperi; & in hunc finem potissimum ordinatæ sunt, quia alvus erat segnior.

℞. *Gumm. ammon. c.*
Acet. præp. ℥℔.
Mastich. el. ℥j.
Trochisc. albandal. gr. xv.
Ol. dest. gran. Junip. Gutt. vj.
M. f. pilul. N^o. xxx.
Dos. N^o. V.

Hæc pilul. maximè incidunt & attenuant humores viscidos & lentos.
 Ingruente paroxysmo assumat sequ. haust.

℞. *Aqu. fumar. ℥℔.*
Theriaca. simpl. ℥iij.
Sal. Armoniac. gr. xv.
Syr. quinque Rad. ℥℔.
M. f. haust.

NB. Sudoris causa est primò Aer, si calidus & humidus qui maximè sudorem promovet. 2. Alimenta, si calidè adhibeantur. 3. Motus corporis omnis, ut & animi, inprimis qui sunt conjuncti cum aliquâ sollicitudine. 4. Excreta & re-
 tenta; si quis adstrictioris sit alvi, aut urinam non debito modo excernat. 5. Somnus magis facit ad sudorem, minus autem vigiliæ. Itaque his omnibus benè pensatis causis in genere transfundendum ad causas speciales sudoris in hoc agro, in quo prædictæ causæ locum habent, & humores

res redditæ volatiliores & fluidiores, facta scilicet ebullitione, unde moti sunt humores & foras propulsi, & in illis, qui valde sudant, notatur febricula, pulsus enim celer, & magnus apprehenditur à sanguinis rarefactione; & observandum non esse commodum listere subito sudorem, sed potius temporis tractu hoc fieri debet.

C A S U S LXXIII.

Vir quidam per 15. dies febre tertianâ continuè laboravit, accedente paroxysmo frigus à lumbis incipit, & dehinc per totum corpus dispergitur; tremor artuum adest; primis dieb. dolorem pectoris in sinistro latere sensit, jam verò die 8. Nov. cum in nosocomium delatus esset, dolorem lateris dextri persentiscit; nulum calorem percipit, sed frigus cum insigni tremore, frigore autem remisso, tremoreque cesso, capitis dolor adest, tantusque ut omnia aspecta ipsi duplicia videantur, item post tremorem incalescentiam in corde instar ignis urentis percipit, nullo manifesto in aliis corporis partib. calore; sitis adest magna; pulsus celer & frequens; & urina turbida.

E X P L I C A T I O.

Febrem hanc tertianam esse patet ex casu, afficitur autem cor, causaque febrem excitans est humor pituitosus & biliosus, prævalet autem pituitosus.

Die 25. Nov. Manè hor. 3. paroxysmum habuit; frigus fuit blandius, duravitque per duas horas; leve frigus fuit in regione lumborum; remittente frigore in crurib. tantus est excitatus dolor, isque lancinans, ut non potuerit incedere, durans per 3. cujus causa videtur esse aut spiritus acidus, aut sal lixiviosum, delatum ad cruris partes sensibiles; non autem à sale lixivioso dolorem dependisse, sed potius à spir. acido, his rationibus probat Cl. Sylv. quia dolor fuit lancinans & duravit per 3. hor. si enim à sale lixivioso fuisset, vix horam excessisset. Hoc patet in ulcerib. fordidis, quæ si probè à fordid. liberentur, & spiritu Vitrioli eluantur, dolor est acerrimus, qui tamen vel ad hor. 3. vel nonnunquam ad integrum diem extenditur; quod non sit à sale lixivioso barbitonorum, quod nihil aliud est, quam sal lixiviosum, ubi dolor nec horam excedit. 2. Dolor, qui à spir. acido excitatur, lancinans & acerrimus est, qui autem à sale lixivioso, urens est, citoque cessat; quod ex-

perimentum etiam licet observare in ulceribus fordidis; quia autem dolor ille agrum non amplius urget, idè iteretur haust. in mox præcedente casu præscriptus.

13. Dec. Dolores sentit magnos in intestino colo & tum quidem, quando dejicere vult, ut & aliquem calorem in illo intestino; excrementa quæ dejicit, durissima & valde calida sunt, causa hujus doloris videtur esse acrimonia istorum excrementorum, vellicans ipsum intestinum, & quia admodum dura sunt, distendunt primum, unde molesta sensatio; præterea non improbabile videtur, esse quandam excoriationem in illo intestino, quia dolorem tantum in illo percipit, & non in aliis, assumat ergò de sequ. decoct. subinde haustum.

R. Rad. alb. Zij.

Fol. malv.

Bismalv. b. der. terr. ana Mj.

Tamarindor. ℥j.

Hord. mundat. ℥ss.

Coqu. ex aqu. pur. in Colatur. ℥xxx.

Dissolv.

Syr. de Rhab. simpl. ℥iiss.

M.

14. Dec. A decoct. quinquies dejecit, prima dejectio fuit cum dolore aliquo, ob excrementorum duritiem, reliquæ fuerunt sine dolore; multaque aquosa dejecit; non sensit hodiè paroxysmum, sed satis benè se habuit. Habet adhuc decoct. de quo cras iterum sumat haustum.

C A S U S LXXIV.

Mulier quædam ante tres dies malè se habere coepit, à quo tempore febricitare incepit, alvusque per illud tempus fuit constipata; calor viget continuè, sed non adeò magnus est. Quia autem hoc malum Belgis familiare est, & in quibusdam solo purgante aliquo medicamento curatur; itaque quia alvus est segnior, cras sequ. haust. assumat.

R. Elect. Cholagog. ℥iij.

Aqu. Bethonic. q. s.

Pro haust.

8. & 9. Dec. His diebus speciem salivationis habuit; continuè enim os salivâ diffuebat, & uti Cl. Sylv. observavit, id sæpius contingit, nam tali modo morbi solvuntur.

18. Dec. Conqueritur hodiè phlegmata viscida &

& amara semper in ore ipsius colligi, ut nesciat unde illa proveniant; quorum causa est permixtio bilis, quia per modum halitus sursum ad os ex ventriculo ascendit, ibique salivæ permixta illam inspissat, & hoc patet exinde magis, quia ante aliquot dies, cum malè se admodum haberet, valdeque debilis esset, salivationem tanquam eriliam aliquam passâ est, à quo tempore melius se habere coepit, & quæ hæcenus nondum plane cessavit, & quia salivæ, quæ in salivationibus etiam viscida est, bilis permiscetur, magis in-erassatur; & quia illâ salivatione materia tanquam per modum criseos se exonerat à vitiosis humoribus, non temerè illa impedienda est, sed bilis, quæ motu peccat, corrigenda.

CASUS LXXV.

An. 1661. 11. Nov. **A**Ncilla quædam per aliquot septimanas scrophulis in collo, quæ illud totum circumcingebant, laboravit, ad cuius curationem tales præscriptæ sunt pilulæ.

℞. *Gumm. Galban. c. acet. præp.* ℥ss.
Myrrh. Rub.
Mastic. el. ana ℥j.
Chalyb. præp.
Castor. opt.
Croc. orient. ana ℥ss.
Trochisc. Alhandak. ℥ss.
Resin. Jalapp. ℥j.
Ol. dest. gran. Junip. Gutt. viii.
M. f. pilul. N^o. lx.
Assumat singulis dieb. v.
Præterea imponatur singul. dieb. empl. diachyl.
c. gumm.

A die 10. usque ad 20. assumpsit singul. dieb. quinque pilulæ. & semper commodè purgata fuit semper quater aut quinque.

Hodiè die 21. Nov. conquesta est de dolore capitis & cardialgiâ; pulsus satis debilis; noctu non potest quiescere; itaque sequi medicamentum assumat cochleatim, & inprimis sub vesperam.

℞. *Aqu. Menth.*
Fenic. ana ℥j.
Tinct. Cinamom. ℥ss.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M.

22. Nov. Benè se iterum habet, cras iterum utatur pilulis.

23. 24. Commodè hisce dieb. deiecit à pilulæ. & benè se habuit. Habet adhuc pilulæ. quibus utatur.

25. Nov. Hodiè conquesta est de angustia cordis, quasi cor opprimeretur aquis, & funiculo quasi suspensum esset; multum salivæ ex ore effluxit, cujus causa potest esse, quia scrophulis in collo laborat, ubi glandulæ affectæ sunt, glandulæ autem, uti notum est, scatent humoribus; itaque quæ hæcenus medicamentis adhibitis humores viscosi magis soluti sunt, & perveniunt jam ad Ventriculum, magnaque copiâ confluunt, viscidisque humoribus in eo hærentibus permiscetur, ac quasi aquis opprimi videtur, in primis quia saliva etiam magnâ in copiâ ad Ventriculum defertur; itaque ut humores in Ventriculo hærentes educantur, cras manè sequi assumat haust.

℞. *Elect. Hydragog.* ℥iij.
Aqu. fanic. q. s.
Pro hausti.

Hodiè conquesta est de dolore primò in lumbis, oriente, deinde ad sinistrum hypochondrium vergente; cum levi frigore incedit dolor, quod frigus subsequitur levis calor, quæ symptomata levem testantur febrem; dolor fuit tendinosus, vergens à lumbis in sinistrum latus, causa fuit pituita in intestino tenui bili permixta, quibus humoribus effervescentis flatus excitati sunt, qui dolorem illum causarunt.

1. Dec. Conquesta est de angustia circa ventriculum, & sibi esse, quasi in animi deliquium incidere vellet, à vaporibus sursum ad cor ascendentibus.

23. Dec. Melius se habuit, sed 24. conquesta est de dolore hypochondriorum, inprimis sinistri; & de angustia circa præcordia, itaque cras secetur vena in pede, sanguisque mittatur ad ℥iij. vel v.

Benè se habet post Ven. sect.

CASUS LXXVI.

9. Nov. & 10. Anno 1660.

FOemina quædam de dolore faucium maximè conquesta est, erant enim tumidæ & rubicundæ, ut difficulter deglutire posset, talem igitur gargarismum ipsi præscripsit Cl. Sylvius.

℞. *Aqu. bord.* ℥viii.

Mell.

Mell. Rosat. colat. ℥iſs. coles muſi. biupſis

Lapid. prunell. ℥iij. doſ. maſ. nou. col.

M. ſ. gargarism. quo ſapius gargarizentur fauces.

2. Dec. Ab aſſumto pharmaco hydragogo quinques dejecit, quæ excrevit aquea fuerunt, & ante meridiem malè ſe habuit, ubi aliquid ex Ventriculo ad gulam uſque aſcendit aquei viſcidique humoris, quem tamen exſpuere non poterat, ſed deglutire coacta, cujus cauſa ſunt vapores viſcidi ex Ventriculo elevati, qui aliquam viſciditatem in ſe habuerunt, ut commodè illas non poſſet excernere; leviffimam habuit febrem, habet adhuc mixturam, quâ utatur.

16. Dec. Hâc nocte horâ quintâ habuit paroxyſm. ubi tres hor. ante paroxyſmum frigus & dolorem ſenſit in capite, qui dolor poſtmodum quaſi è capite in lumbos descendebat, cauſa eſt difficilis, tamen conjicere licet, fuiſſe humorem frigidum in capite hærentem, & ſecundum ductum nervorum delatum per ductum dorſi verſus lumbos; cum paroxyſmus invaderet, frigus moleſtum per tres hor. ſenſit; in regione lumborum primò, & deinde per totum corporis habitum diſperſum; internè quidem frigebat, externè autem calebat; frigus hoc ſubſecutus eſt calor, qui etiam moleſtus fuit, & valdè ſitivit, & duravit paroxyſmus per totum diem.

Ad eliciendam materiam frigidam & viſcidam è capite, in nares immittat folium nicotianæ, quod ſine cerebri perturbatione humores è capite prolicet.

26. Nov. Heri circa hor. nonam quaſi novum paroxyſmum ſenſit, ſed ſine frigore & calore, norum vice verò dolor lancinans ac terebrans artus tam superiores quàm inferiores, per ſesqui horam invalit, in interioribus autem nullum ſenſit dolorem, ubi tunc in ſudorem incidebat, exterioresque partes calore tunc ardebant, & tunc dolor remiſit, & in ſomnum incidit, ex hoc expergefacta optimè ſe habuit, & tali modo, ut quaſi tota ſana eſſet, nec hodiè amplius quid incommodi ſenſit. Cauſam hujus doloris Cl. Sylvius fuiſſe ſuſpicatur bilem cum ſpiritu acido permixtam, qui humores paroxyſmo febrili moti delati ſunt ad partes corporis externas, ubi tunc cum mediante ſudore pori cutis fuerunt aperti, diſcuſſi ſunt, & tunc dolor remiſit, & bonum Cl. Sylv. ſignum putat eſſe, quod materia febrilis ad partes exteriores deferatur, quia autem jam nihil incommodi patitur, iteretur hauſt. ſequ.

℞. Aqu. fumar. ℥ſs.
Theriaca. ſ. ℥iij.

Sal. armoniac. gr. xv. illa mudo ſou tal.

Syr. quinque Rad. ℥ſs.

M.

30. 31. Nov. Hiſce dieb. non ſenſit febrem, ſed conqueſta eſt de dolorib. Ventris ſub umbilico, qui dolores durant per horam, & tunc ſecedunt; flatus non emittit, nec venter tumet, ergò à materiâ viſcidâ in quâ latet ſpiritus acidus, cui materiæ viſcidæ accedens bilis efferveſcentiam cauſat, & tunc magis ſolvuntur illi humores acres, doloremque efficiunt.

7. Dec. Heri veſperi ſenſit febrem, frigus non grave fuit, ſed durante frigore dolorem ſenſit quaſi conquaſſantem artus, quem primò ſenſit in lumbis, cujus cauſa fuit humor vitioſus acris efferveſfactus in intestino tenui receptus in vaſa, propulſus ad partes artuum ſenſibiles ſive perioſtia dolorem contudentem inſtituit, & ex tumore illo ſanguine permixto halitus & flatus quoque potuerunt excitari, unde dolor non continuus fuit, ſed intermittens. Et notandum, quia hæc ægra eſt melancholica & primo tempore febre quartanâ laboravit, quæ jam planè vaga facta eſt, curari tamen debere ut quartana.

C A S U S LXXVII.

VIr quidam de febre quartanâ, dolore partium externar. & ſummo frigore conqueritur; partes corporis ſunt debiles, externæ ſcil. & tremor illas infeſtat, inter omnia medicamenta ſudorifera ei fuerunt exhibita, quia maximè pronus erat ad ſudorem; primis diebus benè ſe habuit, poſt adhibita ſudorifera, itaque quia die 9. Nov. in noſocomium fuit delatus, ut proſuſ curaretur, ad relata ejus Cl. Sylv. ſequ. ſudorifer. ei præſcripſit.

℞. Aqu. Card. beqed. ℥ſs.
Theriaca. ſimpl. ℥iij.
Antimon. diaphor. gr. viii.
Syr. papav. errat. ℥ſs.
M. pro hauſt.

14. 15. Nov. Febris quartana ferè ſublata eſt, hâc 15. Nov. nocte levem ſenſit paroxyſmum; jam de anguſtiis & tentione hypochondriorum conqueritur, & de ingenti tuſſe, ut lachrymæ ex oculis erumpant, quando tuſſit; poſt cibum aſſumtum tuſſis illum maximè affligit, & aded, ut ſedere cogatur, cujus cauſa videntur eſſe halitus è Ventriculo ſurſum aſcendentes, itaque ſta.

Statim post cibum assumat pilul. j. de sequ.

*R. Mass. Pil. de Cynogloss. ℞j.
F. pil. No. VIII.*

20. Nov. Anhelosè respirat, cujus causa videtur esse materia viscida per pulmones circulata, flatus excitans, hinc sanguinis motus segnior, unde pulmones commodè dilatari non possunt, præparetur itaque decoctum de quo sæpius in die haultum assumat.

R. Rad. Apii.

Levisic. ana ℥b.

Baccar. Junip. ℥j.

Rasur. lign. Guajac. ℥ij.

Sem. anis.

Fenic. ana ℥ij.

Coqu. ex aqu. par. s. a. in Colat. ℥xxx.

Dissolv.

Syr. Mentb. ℥ij.

Spir. Vin. rectif. ℥ij.

Nitr. ℞j.

M.

21. 22. Nov. A decocto levamen habuit, & commodè potest respirare, tulliendoque ejicere phlegmata.

25. Nov. Hodie paroxysmum non sensit, & in omnibus melius se habet; per os ejicit phlegmata pura; de terrore tantillo, qui ipsi in somno contingit, conqueritur, terror autem à spir. acido ad partes sensibiles cerebri per intervalla delato provenit; quia autem spiritus ille acidus contemperatione indiget, præstare autem hoc potest mixtura superius præscripta, idè iteranda est.

28. 29. Heri 28. Nov. habuit febrem, ut & hodie, sed hodierna non tam gravis fuit, qualis hesternâ; in hesternâ nullum sensit frigus, nec calorem; sed loco horum per 4. hor. perpetuè ascitavit, & hodie per sesquihoram cum anhelosâ respiratiõne, cujus causa fuerunt halitus è Ventriculo ascendentes, & quia oscitatio est symptoma respirationis (respiratio enim est intercepta quando ascitamus,) & halitus illi mediante aëre in pulmones inspirando ingrediuntur, & tunc pulmones halitus illos excludere coguntur; quamdiu autem tales halitus sursum ascendunt, & tali modo ad pulmones veniunt, tamdiu oscitationes fiunt, si autem halitus illi sanguine permiscantur, ac ad partes musculosas deferuntur, pandiculationes contingunt.

30. Nov. Hodie habuit febrem horâ primâ, quæ tali modo invasit, uti hesternâ, primò enim

aliquid sursum ascendere sensit, unde oscitationes, sed non tam vehementes & diuturnæ ut hesternæ, & præterea quoque levem vertiginem sensit; anhelosa fuit respiratio, & tussis urget; oscitationibus & vertigine remissis fatigationes & dolores pungitivos per 3. hor. in manibus & pedibus sensit, ut quasi defatigata talia membra essent, cujus causa fuit materia viscida delata sursum, & deinde cum sanguine ad partes musculosas pedum & brachiorum.

Viscidam fuisse materiam constat, quia per duas hor. tales dolores duravere.

15. Nov. Hodie benè se habet; conquestus est saltem de dolore, quem sensit in urinâ reddendâ per totum urethræ ductum retulitque hoc malum sibi familiare esse, & hoc accidisse ei sæpius, quòd nonnunquam per quinque dies non potuerit reddere urinam, sed quando eam iterum reddere potuisset, passum tunc fuisse urinæ stillicidium, ut sæpius mingere coactus fuerit, & unâ vice ultra tria cochlearia urinæ plena non emiseric; & quæ urina post ischuriam illam emissa erat, ita fœtuit, ut nemo talem ejus potuisset ferre odorem, ea verò quæ postmodum reddita est; non fœtuit, & urinæ sedimentum tunc fuit purulentum, ut ipse narravit, hocque malum passus est, antequam delatus fuit in nosocomium; sed jam tantummodò conquestus est, de dolore in redditiõne urinæ, non autem de illis, quæ ipsi antea acciderunt, & cum illud malum sensit, dolorem passus est in regione lumborum, & urina magis fœtebat, quando calebat, & causa hujus ischuriæ fuit, obstructio in renibus à sanguine viscido, qui aliquid in se habuit, ut potuerit constringere meatus in renibus, hinc sanguis ille diu subsistens denique purulentus factus, & sensim resolutus guttatim excretus est. Cum autem lotium suum hic æger non asservavit, curatur ut id asservet.

17. Nov. Hactenus paroxysmum sensit quotidie, à præterito die duodecimo usque ad hunc diem, circa vesperam hor. 7. invadentem, & hodie ille hor. 12. pomerid. illum passus est, cum tensione in regione lumborum, & dehinc totius abdominis, per quatuor dies tumuit abdomen, sed magis in paroxysmo, qui tumor remisso paroxysmo cessat; signum est, flatus in frigore excitari, unde tumor; in superficie corporis dolorem sensit, non autem in interioribus partibus, quod bonum est signum, indicat enim causæ mortificæ translationem versus partes exteriores, lingua obducta est phlegmate. Hodie hor. 10. matutina habuit febrem; antea frigus in præcedentibus paroxysmis molestum fuit, jam autem calor; & sensit dolorem capitis & ardorem in plantis

tis pedum; assumptis hodiè manè pilul. sed nondum aliquid præstiterunt, & hoc sæpius contingit ut superveniente paroxysmo febrili vis medicamenti obtundatur; & si operantur, hoc præstant finito paroxysmo, & hujus causa patet ex inde, si consideretur, quid in principio paroxysmi moveatur & Cl. Sylv. putat febrim omnium intermittentium sedem esse pancreas, ex quo spiritus acidus, qui secernitur in pancreate, per ejus ductum defertur, ad intestinum tenue, hinc sese jungit pituitæ, quæ semper in intestino illo est, & bilis, quæ per ductum biliarium eò defertur, effervescencia fit; (ubi hoc patet ex symptomatibus, qui prodeunt in paroxysmo) & ita vis medicamenti à copiâ spiritus acidi impeditur, & quò major ejus copia est, eò quoque gravius est frigus, inde coagulatio quasi fit purgantium medicamentorum, quæ scitent sale volatili ac spiritu acido; superveniente autem calore sensim fit attenuatio, & hinc sub finem paroxysmi operari incipiunt.

29. Nov. Melius se habet, quàm aliàs, appetitus, qui planè fuit prostratus, rediit, adhuc gr. ij. de sal. suo volat. fixato Cl. Sylv. ei exhibuit, post quæ sensit primò dolorem in lumbis, deinde magnam perturbationem in toto corpore, ut omnia susque deque moveri ipsi viderentur; aliquoties in illâ perturbatione nauseabundus fuit, & quasi vomere vellet, sed non potuit, semper enim quando ad vomitum hodiè proclivis fuit, deorsum aliquid deglutire coactus est, appetitus indies magis redit, & odoratus, qui fuit depravatus per quinque dies etiam hesternò die & hodiè ad naturalem statum magis magisque pervenit; Cras iterum gr. ij. de sale illo Sylv. assumat. Iterum ex iis perturbationem sensit, primò in lumbis totoque Ventre & reliquo corpore, ut omnia in toto corpore mutata fuerint, postea bis alvum deposuit; excrementa fuere planè naturalia, & optimè se jam habet, & quidem ita, qualiter ipsi nunquam fuit per biennium, quòd ipsemet retulit.

CASUS LXXVIII.

Ancilla quædam viginti quatuor annor. ante aliquot septimanas in regione lumborum sensit frigus, quòd de hinc per totum corpus dissegebatur, duravitque per sesqui horam, frigus deinde calor est subsecutus, qui duravit per quinque hor. pulsus fuit celer ac inæqualis; quando calor ingruit, capitis dolorem sensit, & hæc symptomata de quarto in quartum diem recurrunt; hæcenus nulla adhibita sunt medicamenta, hodiè au-

tem 10. Nov. in nosocomium, ut ad pristinum rediret statum, delata est.

EXPLICATIO.

Febrem quartanam esse, quâ ancilla laborat, satis patet, ex typo symptomatum, de quarto scil. in quartum diem recurrentium.

Causa autem istius frigoris, quòd primum in lumbis sentitur, est biliosi & pituitosi humoris effervescencia in intestino duodeno; in illud enim intestinum duæ sunt insertiones, videlicet ductus biliaris & pancreaticus, hinc concurrentibus illis humoribus & illis, qui jam in intestino hærent, effervescencia fit, & quia primum frigus persentiscit hæc ancilla, pituitam prædominare signum est, hinc materia illa ad cor delata irritans illud, unde pulsus celer est, etsi frigeat valdè, nam sæpissimè pulsus celerem deprehendimus in febricitantibus, etsi frigus illos summè urgeat; ad caput autem delata materiâ vitiosâ capitis dolor ortus est.

Conquesta est die 24. de sanguine ex gingivis minimo illorum tactu effluente, itaque præscribatur gargarismus, quo sæpius os colluatur.

Rx. Rad. bistort. ʒij.

Fol. salv.

Flor. Ros. rub. ana Mj.

Sem. levistic. ʒj.

Alum. crud. ʒij.

Coqu. ex aqu. pur. add. sub. fir.

Acet. vin. ʒij.

In colatur. ʒxv. dissolv.

Mell. Rosac. ʒiʒ.

M.

21. Nov. Hodiè conquesta est de dolore capitis, retulitque se vermes aliquot per alvum dejecisse, itaque cras sequi pulv. in cochil. cerevis. assumat.

Rx. Sem. Zedoar. ʒj.

F. pulv. subtilissimus.

17. Jan. sequi. anni. Hæcenus optimè se habuit, nullumque incommodum sensit, nisi quia tempus fluxus mensium instat, qui fluxus non contingit ex obstructione, cum sanguis è narib. copiosè efflueret, incidit in tumorem & dolorem capitis, instar erysipelatis, & hoc contingit in iis, quibus menses debito tempore non fluunt, unde sanguis versus aliam partem deferri necesse est; alvus est laxa, itaque sequens sudorifer. circa vesperam assumat.

Rx. Aqu.

R. *Aqu. pulleg.* ℥℥.
Theriaca. s. ℥iij.
Antimon. diaphor. ℥℥.
Syr. arthemis. ℥℥.
M. pro haust.

18. Jan. Assumit sudorifer. & inde valdè sudavit, dolorque capitis diminutus est, attamen egregiè adhuc tumet & rubet; pulsationes in temporibus sensit; oculos non potest aperire propter tumorem, laborat enim vero Erysipelate in capite, itaque in sequ. liquore humectetur lint. quod deinde faciei imponatur, & si exsiccatum sit, iterum humectetur, & hoc iteretur aliquoties; quod si autem liquor justò crassior sit, aliquid vin. affundi potest, & probè misceatur. Liquor est sequ.

R. *Theriac. vet.* ℥iij.
Vin. alb. It. ℥℥.
M. Optime.

Præterea quoque egregia est sequ. mixt. in hoc casu, de qua subinde cochl. j. assumat.

R. *Aqu. petrosel.*
Fenic. ana ℥i℥.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Syr. quinque Rad. ℥vj.
M.

19. Jan. Paulò melius se habuit; conquesta est de ingenti siti, & non mirum, quia febris simul adest, itaque sequ. decoct. sitim sedat, sudorem enim movet, & alterat, pro lubitu subinde haust. tepidè sumat.

R. *Rad. Scorzoner.* ℥i℥.
Baccar. Junip. ℥ij.
Rasur. C. C. ℥iij.
Sem. aquileg. ℥℥.
Coqu. ex aqu. pur. ad
Colatur. ℥xxx.
add.

Syr. papav. errat. ℥iij.
Spir. nitr. ℥j.
M.

20. 21. 22. Tumor in facie sensim imminuitur, & paulò melius se habet; valdè sitit, iteretur ergò decoct. 19 præscr.

CASUS LXXIX.

Vir quidam annos natus circiter 32. temperamenti calidi & humidi ab anno decimo pueritiæ hæmorrhagiæ narium usque ad hoc suæ ætatis tempus subjectus, talem hæmorrhagiam post nimiam fatigationem à labore expertus est; ante quatuor autem septimanas in tantam incidit hæmorrhagiam, ut vix sisti potuisset, à quo tempore tussis ipsum invasit, ut plenæ manus cruenti sanguinis primis diebus excreverit, & per aliquot dies accidit, ut excretiones cruentas per 10. dies per alvum passus sit, & ab ejusmodi excretionibus quasi in animi deliquium incidit. Ab eo tempore regio Ventriculi tumescere incepit; appetitus fuit prostratus; post cibum statim in tussim incidebat, ut omnia quasi evomere coactus esset; exhibitum ei fuit vomitorium, à quo evomuit viscida, viridia & amara; tussiendo autem vel vomendo excrevit sanguinem ex pulmonibus; cum alii non sentiunt frigus, ille friget, & ab injuriâ minimâ aëris offenditur, ingentem calorem ferre non potest, sed moderatum; dejectiones mordent ipsi intestina. Post hæmorrhagiam & tussim Ventriculi tumor remansit, cum dolore conjunctus, qui magis turget & urget post cibum assumtum; saliva fatis crassa est; ructus aliquando post cibum potumque affurgunt, & tunc melius se habet; facies admodum pallida est.

Affectus hic multi sunt & complicati, qui omnes ortum duxere ex largâ hæmorrhagiâ præcedente, ex illâ enim sanguis acrior potuit in pulmones exstillare, ibique irritationem instituens tussim excitare, quod patet ex sanguine cruento, quem mediante tussi excrevit; sanguis præterea potuit colligi ex largâ illâ hæmorrhagiâ in Ventriculi cavitate, ibique cum aliis humoribus permisceri & subsistere, unde tumor Ventriculi, & ex materiâ illâ viscidâ sanguineâ provenit, ut alimenta assumpta mox in acrem & viscidam materiam à Ventriculo convertantur, unde à Ventriculo irritato rejiciuntur per vomitum alimenta assumpta, & ex sanguine illo tum copiâ tum qualitate acri potuerunt oscula vasorum in intestinis erodi unde cruentæ & dolorificæ dejectiones, ventriculi dolor; quia autem pars oleosa & spiritiosa per largam hæmorrhagiam è sanguine absumpta est, hinc minimas aëris injurias ferre non potest; Tussis & tumor ventriculi, qui post hæmorrhagiam remansit, à materiâ pituitosa & viscidâ tenaciter ventriculo impactâ pendet; ructus,

ctus, qui post cibum affurgunt, proveniunt, quia fermentatio in ventriculo quidem inchoatur, sed à copia materiae viscida non potest convenienter ac debite perfici, unde ventriculus distenditur, ructusque proveniunt; pallor faciei præterea notatur, à partibus serolis & pituitolis sanguini permixtis.

C U R A T I O.

Quia appetitus prostratus est, & tussis maxime urget, exhibeatur sequ. medicamentum, quod humorem viscidum flatibus permixtum & in ventriculo fixum hærentem paululum emendat; primo igitur loco assumat Elix. propriet. ℥j. de qua assumat Gutt. viii. ante cibum.

Ad humorem viscidum emendandum præscribantur sequ. pilul. de quibus singulis dieb. v. assumat, non neglecta hor. j. ante cibum Elix. propr. assumptione.

℞. Gummi ammoniac. c. acet. præp. ℥ss.

Mastic. el. ℥j.

Salis Tartar. Vitriolat. gr. xv.

Myrrh. rub. ℥ss.

Croc. Britann. gr. vj.

Aloës. Rosat.

Resin. Jalapp. ana ℥j.

Ol. dest. Junip. Gutt. viij.

M. f. pilul. No. xxx.

De quibus hæc vespera v. assumat.

19. Nov. A pilul. heri vesperi assumptis ter dejecit, & quidem cum minoribus torminibus quam antea, conqueritur de dolore ventriculi, qui illum adeo vexat, ut manum ei semper imponere cogatur, quod signum est, humores viscidos & tenaces in ventriculo hærentes continuo flatu excitare, itaque de sequ. decocto sæpius de die haustum assumat, hoc enim vim habet incidendi & attenuandi humores viscidos, flatuque incidendi.

℞. Rad. apii.

Levistic. ana ℥ss.

Baccar. Junip. ℥j.

Rasur. lign. guajac. ℥ij.

Sem. anis.

Fenic. ana ℥ij.

Coqu. in s. q. aqu. pur. in colatur. ℥xxx.

Dissolv.

Syr. Mentb. ℥ij.

Spir. Vin. rectific. ℥ij.

Nitr. ℥j.

M.

21. 22. Nov. Quotiescunque dejecit, sensim tumor ventriculi remittit, ab assumpto autem cibo & potu intumescit; quando mane surgit è lecto, pedes tument, & maxime vesperi; assumat diligenter de decocto, & cras iterum assumat pilul.

26. Nov. In omnibus bene se habet, nisi quodd tumor pedum & ventris aliquis appareat, à materia aliqua inter cutem & partem carnosam subsistente, ut igitur materia commodè evacuetur, de sequ. apozemate cras bonum haust. assumat.

℞. Rad. Levistic.

Apii. ana ℥j.

Rasur. lign. guajac. ℥ij.

Baccar. Junip. ℥ij.

Pulp. colocynthid. ℥j.

Rad. Jalapp. ℥ij.

Coqu. in s. q. aqu. pur.

ad Colatur. ℥xl. add.

Syr. de beleb. nigr. ℥ij.

Spir. Vin. rectific. ℥ij.

M.

28. Nov. Assumit de hoc apozemate, à quo admodum copiose dejecit, & proinde 29. venter magis tumet, quam antea per biduum, quod signum est, à medicamento humores viscidos commotos ad motum flatuosos esse, qui flatu ita ventrem distendunt, itaque ad eos discutendos assumat subinde articulum de allio.

2. Dec. Hodiè multos flatus emittit, sed venter adhuc tumidus est; quando flatus remittit, melius se habet, qui proveniunt à materia viscida.

4. Dec. Heri vesperi assumpsit pilul. à quibus ter dejecit; venter in regione ventriculi valde turget ac distentus est, & hoc contingit, quando humores admodum viscidos solvuntur, aut in flatu vertuntur, tum distenditur abdomen.

5. 6. Dec. Heri paulò melius se habuit, sed hodiè ingentem dolorem in ventre sensit, qui instar cinguli illum ambiebat, & singulis penè dieb. ei accidit, ut per hor. tantos & immanes cruciatus sentiat, qui tunc aliquo modo desinunt, quando flatus emittit, & hoc est à materia viscida, ex qua excitantur flatu, qui illos dolores causant, quique non remittunt, antequam flatu discutiantur.

8. Dec. Hodiè multos flatus emittit, à medicamento, exiguumque levamen sensit; die 9. Dec. conquestus est de dolore in extremitatibus costar. à distensione ipsius peritonei, multosque flatu emittit, itaque linimentum aliquod præscribi debet, quod leniat illos dolores.

℞. Ung.

R. Ung. alb. simpl.

Martianum. ana. ℥ij.

Ol. lil. alb. ℥b.

M. f. linim. quo inungatur locus, in quo sensit dolorem.

CASUS LXXX.

Fœmina quædam de angustiis circa præcordia conqueritur, die 16. Nov. delata est in nosocomium, ubi toto die frigit, calorem non sensit. Quia autem tale frigus non sensit unquam, judicandum est, ab aëre externo illud contigisse, præscripta est sequ. mixtura, quam assumpsit redeunte frigore.

R. Aqu. fumar. ℥ij.

Theriacal. simpl. ℥j.

Acet. stillat. ℥vj.

Spir. Vin. redif. ℥iiij.

Ocul. Cancr. ℥b.

Syrup. papav. errat. ℥i.

M. f. haust.

5. Nov. Frigus heri circa vesperam remisit; hodiè conquesta est de summâ virium debilitate; & quando sedet quasi mures ad fauces ascenderent, ibique suffocationem quasi introducerent, asserit, quod symptoma quasi speciem suffocationis uterinæ denotat.

16. Jan. Conquesta est de summo ventris dolore; subinde febricitat, noctu sudat; sitit, & quando potum assumit, statim eum rursus evomit.

CASUS LXXXI.

Ancilla quædam ante 7 septimanas incidit in febrem quotidianam continuam; ubi primum in regione lumborum sensit frigus; quod duravit per sesqui horam, & calor, qui illud insequitur, non tam gravis fuit; in paroxysmo sensit Ventriculi dolorem; alvus adhuc satis respondet; hæcenus nullam ei adhibitum fuit medicamentum; sed hodiè die 16. Nov. in nosocomium delata est, ut restitueretur.

EXPLICATIO.

Febris hujus causa est materia biliosa, è ductu bilario in intestinum duodenum effusa, quæ si permisceatur cum humore è ductu pancreatico

etiam in intestinum duodenum delato eoque vitioso effervescunt; hinc ex illâ effervescentiâ in regione lumborum sentitur frigus; & ad ventriculum delata sursum illa materia dolorem ibi excitat.

Ab assumpto pulv. sem. zedoar. excrevit 6. vermes.

CASUS LXXXII.

Vir quidam 43. annor. aliquandiu laboravit erysipelate, in pede; & quando novum medicamentum applicatur pedi, incidit in febrem gravem (quia à dolore pedis maxima fit perturbatio in toto corpore & maximè spirituum; hinc aliquid potuit latitare in corpore, quod ex illâ perturbatione motum tunc acquisivit, & ad cor delatum, febrem excitavit,) alvus per 3. dies fuit adstricta.

29. Nov. A medicamento cholagogo assumpto hodiè semel dejecit, sed satis copiosè; quæ dejecit, acria fuêre, ut ipsi quasi lancinaverint ipsam anum; habuit febrem, sed non tam gravem ut aliàs; tussis adest, sicca & anhelosa respiratio, illæque magis urgent, quando ita cubitum, & in lecto jacet; causa autem tussis & anhelosæ respirationis videtur esse catharrus acris & salsus (de quo etiam conqueritur, nimirum quòd ipsi subinde aqua salta è naribus effluat,) unde sensim ex capite destillant humores acres, qui se insinuant circa bronchia pulmonum, anhelosam respirationem causant, & ad pulmonum partes sensibiles tussim siccam excitant.

25. Nov. Melius se habuit hodiè quàm præcedentibus diebus ab assumptâ emulsione humores acres temperante; febrem quidem habuit, minus tamen gravem sed leviolem quàm aliàs; multum urinæ excrevit, cujus causa videtur esse, quia à medicamentis assumptis acres humores sunt leniti, contemperati ac ita dispositi, ut educi potuerint, per vias urinarias.

CASUS LXXXIII.

Ancilla quædam per octiduum laboravit febre quotidianâ, & primò cum invaderet frigus, sensit in lumbis, quodque per totum corpus dispergebatur, durabatque per 2. hor. hodiè delata est in nosocomium, ubi conquesta erat de paroxysmo; præterea post frigus cum sensim incalesceret, hemicraniam patiebatur; alvus erat segnior & pulsus frequens.

E X P L I C A T I O.

Febrem hanc continuam quotidianam esse ex casu manifestum est, & ortam à pituita & bilis vitio, in intestino tenui collecta; qui humores, si effervescent, dolorem in lumbis causant; & quia pituita prædominium habet, frigus maxime urget.

Quando lectum petit, venter intumescit, manè verò rursus detumescit, inprimis quando flatus emittit.

C A S U S L X X X I V.

JUvenis quidam annos natus circiter 24. per quadriennium fuit valetudinarius, sed per 6. septimanas pejus se habere cœpit, & conqueritur de frigore continuo, quod sensit in lumbis, cum tensione tumoreque abdominis, frigusque tam continuè urget eum, ut semper igni assidere cogatur, quam primum autem ab eo recedit, frigus graviter illum urget, ut calorem nullum habeat nec sentiat, nisi ab externo igne; dolor etiam ventris & capitis gravativus in parte anteriore ipsum infestat, pullus celer nec adedè debilis; sitis urget, & quando bibit, statim sentit frigus in lumbis; appetitus aliquo modo urget & alvus laxa est, hæcenus autem nihil assumplit, sed die 30. in nosocomium delatus est, ut ad pristinam rediret valetudinem.

E X P L I C A T I O.

Ægrum hunc febre continuâ affligi, ex casu satis manifestò apparet; causa autem antecedens fuit, quòd per quadriennium fuerit valetudinarius, quo tempore multum pituita potuit colligere, quæ jam causa proxima est hujus mali, omniumque symptomatum; quatenus namque in intestino duodeno, quod pro parte affecta habetur, effervescent; flatus excitat, unde tensio, tumor, dolorque lumborum & ventris; flatus enim hi ad caput delati dolorem efficiunt gravativum; quia verò tota sanguinis massa inquinata est, continuè frigus ipsum urget.

Quia autem vires ex parte constant, nec ullum in affectus remotionem auxilium est adhibendum, illa præscribi debent, qui incidunt, attenuant & è corpore educunt humorem peccantem.

1. Dec. Hodie de decoct. aliquo purg. assumpto ter copiose & quidem cum torminibus dejecit, hodie quoque retulit se per quadriennium

tumorem glandularum in collo & sub axillis usque in hanc diem sensit, & nullum ad eundem adhibuisse medicamentum, quia autem ad ejus curationem decoctum præscriptum valde conveniens est, quia tumores isti glandularum à vitio sanguine viscidioris originem duxerunt, de eo cras bonum haustum assumat, est autem decoct. sequ.

R. Rad. Apii.

Fenic. ana Zj.

Rasur. lign. Guajac. Ziiij.

Pulp. colocynthid. Zj.

Passul. Maj. mundat. Ziiij.

Coqu. in s. q. aqu. pur. in Colatur. Zxx.

Dissolv.

Syr. de belleb. nigr. Ziiij.

Misce.

Foris ad discutendam materiam illam viscidam imponatur omnibus glandulis valde tumidis sequ. empl.

R. Empl. diachyl. c. gumm. Zij.

Extendatur super alut. Vell quod melius, sæpius illinantur glandulæ tumidæ sequ. ung.

R. Ung. Martiatum dialth.

Fernel. ana q. pl.

M.

8. 9. Dec. Paulò melius se habet, nisi quòd conqueratur de molestia in ano, sentit enim in illo tumores ad instar pollicis, (hi tumores sunt hæmorrhoides,) itaque de sequ. ung. inungat tumores.

R. Ung. populeon. Zij.

Bol. armen. Zj.

Opii in Ol. rosat. dissolut. Zss.

M.

His diebus, etsi nullum haustum de decoct. assumat, tamen singulis hæc diebus sexies dejecit, & quidem copiosè; sensit præterea dolorem continuè in ventre, & qui cum insultu affligebat; cum autem torminata essent, frigus sensit in lumbis, sensum ascendens ad regionem ventriculi, quasi glaciei frigida ad modum ibi hærentis; cum autem tormina hæc paululum desierint, calorem sentit in abdomine, & circa illas partes, quæ antea frigeabant.

Etsi autem hæc symptomata febrem habuisse commitem videntur, tamen febris non dicenda est, nam

nam nec frigus nec calor dispersus est per totum corpus, quod in febribus contingit, sed saltem in abdomine hæserunt, itaque potius ventris tormina nominari debent.

Præterea tumor in ano à linim. detumuit.

Aliquod levamen habuit; de ariditate linguæ conqueritur; quando tussit, dolorem sentit, quasi caput diffindatur; & hunc sentit incipere à posteriore usque ad anteriorem capitis partem pertere, cujus ratio est, quia ex vehementi motu concutiuntur partes cerebri, & quando ex illo motu partis duræ meningis constituentis processum falcatum se invicem tangunt, dolor ille quasi caput scindens percipitur.

17. Dec. Dolor capitis findens adhuc perseverat; conquestus est hodiè de tumore ventris & inprimis pedum, cujus causa est, quia beneficio ipsius medicamenti humores admodum viscosi, qui in ipso dominarunt, soluti & fluxiles redditi sunt, & ad partes jam deferuntur; præterea dolorem sensit in pectore sine tussi, quem antea percipiebat cum tussiret. Quia autem à decoct.

30 Nov. præscr. benè se habuit, nisi quod paulò fortius ipsum purgavit, iteretur idem, & loco ʒj. pulp. coloc. sumatur ʒss.

18. Dec. Hodiè conquestus est de summo dolore in capite, ut corpus, propter ejus consensum, movere non posset, quando capite proclinat, summum dolorem in fronte percipit, quando illum elevat, quasi grave pondus in capite hæreat, ipsi videbatur. Mucus etiam è naribus non-emunctis effluit, & horum symptomatum causa est, quia materia illa soluta in vasa partim recepta & ad caput delata, partim extrà vasa in capite hærente partes sensibiles capitis afficit, unde dolor; itaque quia humores illi qualitate & quantitate peccant, corrigendi ac sensim emendandi sunt, & ita ad humores illos è capite eliciendos sternutatoria hîc locum jam non habent, sed aliud quid substituendum, quod humores illos sine irritamento ad sternutationem è capite per nares proliciat, quod nullo alio medicamento præstari potest, quàm foliis majoran. tabaci, salv. aut bethonic. in nares immisissis.

Annotata ex sectione hujus cadaveris.

Abdomen valdè tumidum fuit, ab aquâ, quâ repletum fuit; per paracenthesin enim ultra pintas 4. Belgicas educebatur.

Et hoc notandum in applicatione instrumenti (quod est fistula cava, argentea & longa quæ in fine acuta sit, & in utroque latere duo habeat foramina, ut aqua, quamprimum intromissum est, per ea intret, quæ etiam stylo argenteo sit prædita, qui extrahi pro necessitate possit,) in paracenthesi, ut duobus digitis transver-

sis infra umbilicum, vitatâ lineâ albâ intromittatur, & si multa aqua in abdomine contenta est, uti in hydrope fit, per intervalla immittatur, & quidem non in uno loco, ne mortificatio adveniat. Vulnus emplastro diapalma consolidari potest. Notandum etiam est, hanc apertionem in principio hydropis, inprimis ejus, qui ex febr. ardentibus nimioque potu ortum duxit, locum habet, & ægri quàm multi liberantur, ubi autem malum inveteratum est, aliquod levamen quidem sentiunt ægri, sed tamen non planè extirpatur malum.

Omentum planè sursum erat distractum, versus ventriculum, eratque glandulosum, & intestina profusè nuda erant, sine omento; & illi, quibus hoc contingit, semper frigent, nisi continuè allideant igni, quod & fecit hic mortuus, cum in vivis adhuc esset; Intestina incipiebant rubere, quod erat signum corruptionis & acrimoniæ aquæ in abdomine contentæ.

Mesenterium plurimis glandulis majoribus & minoribus erat refertum; glandulæ magnæ æquabant magnitudinem nucis juglandis, minores autem nucis avellanæ, & paulò minores referebant magnitudinem pisii magni; omnesque glandulæ per totum Mesenter. ita dispersæ erant, totque ut intestina etiam magis versus latera contorta fuerint, substantia glandularum planè gypsea erat; Intestina distenta erant à flatibus, & mox contracta à parte superiore & inferiore ejus distensionis, & in distensione illâ observabantur dolores.

Ventriculus valdè parvus erat, & vesiculæ felle proximus & per ligamentum vesiculæ firmiter annexus, & qui tale quid habent, delicatiores sunt, potest enim aliquid bilis mediante illo ligamento pervenire ad ipsum ventriculum; unde nausea.

NB. Omentum annectitur ventriculi parte superiore & inferiore, & constituit marsupium, sive cavitatem, in quâ multi flatus & humores colligi possunt, ut inquit Hippocr.

Pancreas paulò durius erat, quàm debebat, sed non ita tumidum, & hoc contingit, quia per ductum suum se exonerare potuit, quod non item facere potuerunt glandulæ mesenterii. Pancreas æquans magnitudinem duorum pugnorum observavit Cl. Sylv. in sectione mulieris Amstelodami Anno. 1658.

Lien paulò durior erat, quàm debebat, & satis magus.

Vulgus Medicorum omnes affectus melancholicos lieni tribuit, dicuntque eos, qui magnos ha-

habent lienes, melancholicos esse summos, quod autem falsissimum est, & Cl. Sylv. illos, qui hoc afferunt, perissit referens: Se 30. cadavera secuisse, eorum, qui omnes pro melancholicis in vivis habitati fuerant, & in illis nullum viscus tam bene constitutum reperisse, quam ipsum lienem.

Præterea Amstelodami Cl. Sylv. secuit cadaver alicujus Consiliarii, viri valde hilaris & nunquam melancholiæ dediti, in quo reperit lienem quoad longitudinem 14. digitorum transversorum, quoad latitudinem autem 8. digitor. & quoad crassitiem 5. digitor. & si melancholia magnis lienib. est adscribenda, in hoc viro maximè locum habuisset, in quo tamen nunquam ullius melancholiæ vestigia, cum adhuc in vivis esset, notata fuerint.

Vesicula fellis valde magna erat, & viridis coloris, qui color aliàs naturaliter obscurior esse debebat.

Vesica urinaria erat urinâ valde repleta, & interna vesicæ substantia erat rubicunda, quod præter naturam fuit, speciem enim inflammationis minabatur, & talis rubor contingit ab acrimoniâ humoris sive urinæ, quæ contenta in vesicâ paulò acrior erat, quam debebat. Diaphragma per 3. digitos transversos annexum erat, ultra cartilagineum costarum in ipsas costas.

Pulmones ubique per totum pectus firmiter annectebantur tam pleuræ, quam ossi sterni, ut cum difficultate separari debebant, uterque lobus pulmonum superior tam dexter, quam sinister durus erat, ac glandulis plenus; inferior autem pars utriusque lobi naturalem consistentiam habebat Glandulæ, quæ sub axillis tumidæ & valde magnæ fuerunt, mollioris erant consistentiæ, quam illæ, quæ fuerunt in omento, & his glandulis applicatum fuit liniment. ac emplastrum, cum mortuus hic in vivis adhuc esset, quæ talem molliem produxerunt; & in affectibus glandularum nihil magis conducit, quam gummata intus adhibere, extus verò linimenta & unguenta, ex ol. è laterib. ung. Martiat. U. Alth. & inprimis Myrrha præ cæteris commendatur in his affectibus.

NB. Affectus glandularum familiarissimus est pueris, ubi abdomen valde distentum & durum, & reliquarum partium tabes apparet, German. dicitur *das angewachsen*. Belg. autem *linff koch*; voraces enim tunc sunt pueri, & supra nominatis medicamentis facile curari potest talis affectus. In pericardio glandula maxima instar parvæ nucis juglandis observabatur, talisque consistentiæ, qualis in omento fuerunt glandulæ. In cordis auriculâ dextrâ macula alba & magna reperiebatur, instar vesiculæ igne combustæ, & membrana quæ talem vesiculam constituabat, densa fatis erat:

causa autem hujus vesiculæ videtur fuisse humor acris in illa membrana contentus.

Glandulæ, quæ in collo reperiebantur, ejusdem substantiæ erant, ac illæ quæ fuerunt sub axillis, mollioris scil. vi medicamentorum ita dispositæ.

Quatuor ductus salivales observabantur aspectu satis jucundi; in utraque nimirum genâ primi duo, orti à glandulis conglomeratis seu parotidibus, desinentes in genæ partem internam; alteri duo ductus oriuntur à glandulis conglomeratis colli parte scil. dextrâ, & sinistrâ, terminantur autem sub linguam.

Cranium cum aperiretur intra illud spatium, quod est inter cranium & duram meningem aqua contenta ibi effluebat, multaque aqua erat inter duas meninges, quæ aqua in anteriore capitis parte contenta spumosa erat, quod contingit à flatibus.

Sanguis & aqua reperiebantur in dextrâ cerebri parte & substantiâ, & sanguis nigricantis erat coloris, vasque multo turgebant sanguine; in sinistro autem latere sanguis in substantiâ cerebri reperiebatur, non autem sanguis extravasatus, uti in dextro latere.

CASUS LXXXV.

13. Dec. **J**UENIS quidam ante 8. septimanas cum valde incalefactus maximè siti- ret, bibit haustum aquæ frigidæ; post triduum autem cum vellet opus suum ordinarium aggredi, pistor enim fuit, frigus in regione lumborum sensit, quod instar cinguli ventrem ambiebat, & ex eo tam debilis, ut non potuerit stare; frigore hoc remisso, paulò melius cœpit habere, & ante septimanam, videlicet 27. Nov. dolor pectoris utriusque nempe lateris cum ingenti tussi ipsum invasit, cum difficili respiratiōe conjunctus, tussiendo multa ejicit, & quidem viscida; alvus per 3. dies fuit constipatiō; pulsus celer ac frequens, fitisque urget.

Die 4^o. Dec. delatus est in nosocomium, ut ad pristinam deduceretur valetudinem.

EXPLICATIO.

Juvenem hunc pleuritide laborare, colligere licet ex Symptomatibus, quæ illum infestant; con- queritur enim de laterum dolore, difficultate respi- randi & tussi.

Pulsus celer & frequens febrem adesse indicat. Videtur autem in hoc juvene peculiarem esse constitutionem & dispositionem sanguinis, & pi- tuitam

tuitam in eo dominare, quod patet ex eo, quia tamdiu & quidem per 8. septimanas latitavit malum, antequam in conspectum prodiret; si enim à sanguine bilioso ortum duxisset, brevissimo id temporis spatio sensisset, quod malum autem jam protractum est, ad nonam septimanam; deinde pituitam ejus causam esse, ex symptomatibus colligitur, dolor enim ipsum non adeò urget, uti in illis, qui pleuritide laborant ex sanguine bilioso; tussis etiam non gravis est, ut aliquem dolorem afferret, quàm tussim; si à sanguine bilioso esset pleuritis, vix eam ferre posset æger. Causa autem externa fuit haustus aquæ frigidæ, copiosè ab hoc juvene æstuante & sudore madente haustus; nam is primò potuit aërem ingredientem in ipsos pulmones per asperam frigidiorē reddere. 2. Per œsophagum aqua illa frigida transiens & in ventriculo existens clausit suo frigore multos in pulmone & pectore poros, per quos sanguis & vapores transire debebant, unde aliam viam eamque apertam quærunt, unde alii meatus plus justo aperiuntur; poris plus justo apertis sanguis pituitosus se in illos insinuavit, & ob visciditatem suam tamdiu ibi hæsit, antequam factâ effervescentia seu fermentatione talia pleuritis symptomata inducere potuisset.

Die. 4. Dec. Assumpsit medicamentum hydragogum; à quo copiosè dejecit, quæ autem ejecit, valde viscida fuerunt.

Die 6. Dec. A trochisc. becchic. materiam valde solutam esse retulit, multaque tussiendo rejecit, quæ valde cruda & viscida erant, quæ etiam confirmant pituitam hujus pleuritis causam esse; si enim à sanguine bilioso, sputa illa fuissent corrupta.

Non inconvenies itaque est, ut materia illa viscida incidatur, attenuetur, & sensim evacuetur, in ejus usum de sequ. decoct. assumat bis in die haustum, & subinde de trochisc. utatur.

℞. Rad. Apii.
Fenic. ana. ℥j.
Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
Baccar. Junip. ℥ij.
Sem. anis.
Dauc. ana. ℥ij.
Coq. s. a. in aq. Pur. in Colatur. ℥xli. dissolv.
Syr. de Sennâ. ℥iij.
M.

℞. Trochisc. Becchic. Alb. ℥ij.

8. 9. Dec. Heri die 8. ab apozemate copiosè dejecit; respiratio non tam gravis fuit, quàm aliàs, hodiè die 9. multa tenuia & spumosa phlegmata tussiendo ejecit, quod signum est materiam

illam crassam aliquo modo esse attenuatam; unde liberior fuit respiratio; quando manè tussit, & quæ ejecit, foetent; assumat itaque de trochisc. & de pilul.

℞. Mass. Pil. de cynogloss. ℥j.
F. Pilul. No. viij.
Sumat subinde. j.

10. Dec. Per noctem & hoc die tussis non tam gravis fuit, prout & commodius respirare potuit; non multa phlegmata tussiendo ejecit; quia autem conqueritur de dolore vermiculante, quem per quadriduum sensit in plantâ pedum, illumque magis exacerbare, quando igni affidet. Quia autem hujus doloris causa videtur esse humor acris, cum sanguine delatus ad illas partes, non inconveniens videtur ad liniendum illam materiam acrem, fomentum præscribere, in quod pedes per quadrantem horæ manè & vesperi imponat, in cujus usum

℞. Rad. Alth. ℥ij.
Fol. Malv.
Viol.
Verbasc. ana. M. ij.
Sem. lin.
Fœnugrac. ana. ℥j.
Concisa & crasse contusa d. ad. chart.

Quæ dehinc coqu. in aqu. pur. per spatium horæ quadrantis, & balneum hoc fervetur, ut iterum possit calefieri, & in ægrotantis usum adhiberi.

18. Dec. Habuit hodiè paroxysmum cum levi frigore, & eo urgente assumpsit de decoct. quod autem statim evomuit, & hoc contingere solet, quando in paroxysmo humores moventur, si tunc quid assumitur, evomitur iterum; sed frigore remisso, & cum paululum versatus in calore, qui frigus subsecutus est, iterum de decoct. sumpsit, à quo quinquies dejecit, quoad cætera paulò melius se habuit. Convaluit.

CASUS LXXXVI.

Vir quidam ante annos 12. ministravit figulo ad fornacem, ut extraheret vasa cocta, unde ab insigni fornacis æstu admodum incalescens valde sitivit, ut sitim delere non posset; copiosè assumpsit frigidam, quæ assumptâ cœpit tussire, difficulter & anhelosè respirare, & circa præcordia angere, ut non amplius potuerit interessè huic operi,

g

hocque

hocque malum per 12. ann. continuò duravit, à quo tempore illud notavit, quando aliqua facta est aëris mutatio, corpus ejus quoque mutatum fuisse, ab aëre autem sereno melius se habuit, ut & à calidiori; pejus autem ab aëre frigido & nebuloso; tussis quæ ab illo tempore sicca continuò fuit, & adhuc talis est; aëre flante humidiorè tussiendo aliquid ejicit; præterea quando lacticia aut alia humida assumit, in tantum intumescit venter, ut cogatur solvere ligamina, nullumque levamen sentit, nisi flatus emittat; ante 15. dies pedum & faciei tumorem leucophlegmaticum sensit, qui illum adhuc urget, alvus satis respondet, & symptomata supra narrata ipsum adhuc continuò comitantur.

EXPLICATIO.

Difficultas illa respirandi, quæ vir hic laborat, est à materiâ viscidâ, quæ tenaciter impacta est ipsi pulmonum substantiæ, unde commodè distendi non possunt; uti enim spongia humore viscido infarcta difficulter distenditur, ita quoque pulmones; & quia in pulmonum substantiâ pituita illa firmiter hæret, tussis sicca causatur.

Materia autem quæ in pulmonum substantiâ hæret, pituita est admodum viscida, quod patet 1. quia pituita copiosè satis in his regionibus, puta Belgicis, generatur, ab aëre humido, qui dominatur, & propter aquarum viciniam. 2. Quia hic vir plebejus est, utens alimentis, quæ humorem illum generare & augere possunt. 3. Quia cum adesset fornaci figulinæ, humores pituitosi magis inspissati sunt, & particulae humidæ exhalant, assumpto autem potu liquefacta iterum fuit pituita & deducta ad cor, ex hoc in substantiam pulmonum; & quia continuò generatur pituita, continuum quoque malum per 12. annor. spatium fuit tractum; corpus autem extensum fuit à flatibus, assumpto enim potu aut alio liquore flatus in intestinis generantur, quia in intestinis maxima pituitæ copia hæret.

CURATIO.

Quia leucophlegmaticus tumor, qui aliis symptomatibus supervenit, maximè urget, & reliqua symptomata non adèd urgent, quin adhuc officio suo potuerit fungi (per 12. enim annos fuit vigilnocturnus) & ob tumorem illum se die 7. Nov. in nosocomium contulit, illius habenda est ratio prius, & à leni purgante inchoandum, ut humores leniter per alvum educantur.

Die 8. À medicamento hydragogo quinquies copiosè satis & admodum blandè dejecit; aspe-

ritatem & siccitatem linguæ sentit, quando à somno expergiscitur, per hor. autem à somno expergefactus est, humida fit; & hæc linguæ siccitas est à vaporibus, qui in linguâ subsident, de nocte cum quiescit, & non movetur, de die autem quia movetur lingua iterum humida redditur.

11. Commodè se habuit, conqueritur de lincinationibus, quas sentit in virgâ, & tunc semper quando hæ lincinationes ipsum urgent, urinam reddere cogitur, hocque malum per 7. septimanas sensit.

12. 13. Conquestus est de linguæ ariditate, quæ ipsi quidem videbatur actu arida, sed ad conspectum tamen humida erat; Urinam commodius excernit, & de dolore pectoris gravativo conqueritur, cujus causa est materia valdè viscida, ipsi pulmonibus impacta, ariditas autem linguæ, quæ ipsi planè arida videtur, actu tamen non erat, est à spiritu acido & bile, in se invicem mistis, si enim à bile solâ, planè arida actu esset, de sequ. decoct. subinde haultum assumat.

- R. Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
- Rad. liquor. Raf. ℥vj.
- Apii. ℥ib.
- Baccar. Junip. ℥ij.
- Ocul. 69. ℥ij.
- Pulp. Colocynthid. ℥j.
- F. Decoct. in aqu. p. ad colatur. ℥xl.
- In quib. dissolv.
- Syr. de 5. Rad.
- Sennâ. ana. ℥ij.
- Misce. VXXXV

21. Dec. Conquestus est hodiè de tumore scroti & intorsione virgæ, ut vix urinam reddere possit, itaque seq. species coq. in crevis tenui, madefactaque spongia in Decoct. calidè applicetur ipsis partibus.

- R. Flor. Sambuc.
- Chamom. Rom.
- Summitat. Melilot. ana. M. j.
- Fol. Alth.
- Majoran. ana. M. j. s.
- Sem. annis.
- Cumin. ana. ℥b.
- M. & grosso modo contus. d. ad chart.

NB. Spongia madefacta probè iterum debet exprimi, antequam applicetur.

23. 24. Scrotum valdè intumuit, ut & virga valde tumida erat, itaque de sequ. decocto fin-

singulis diebus assumat bis bonum haustum.

- Cort. Rad. Ebul.*
- Levistic. ana. ℥ss.*
- Rafur. lign. Guajac. ℥ij.*
- Baccar. Funip. ℥ss.*
- Sem. Utric. Rom. ℥ij.*
- Pulv. Rad. Falapp. ℥ss.*
- P. Decoct. in aq. pur. ad colat. ℥xxx.*
- Syr. de Helleb. Nigr. ℥ij.*
- Spir. Salis ℔j.*
- Vin. redif. ℥ij.*
- Misc.*

Hisce diebus usus est Apozemate, sed nihil deiecit, alvusque manet constipator.

Scrotum valde tumefactum est, ut nec commode se movere, decumbere aut incedere possit, præscriptæ fuerunt xi. Nov. herbæ in cerevis. decoquendæ ad arcendum illum tumorem, sed hætenus in usu earum valde negligens fuit, itaque sæpissime debet imponere spongiam vel linteum in decoct. madefactum; & hoc sæpissime iterari debet.

Scrotum valde molle erat, non autem induratum.

7. Tumor scroti & virgæ planè cessavit.

Post mortem ejus Cl. Sylvius instituit paracethesin, ubi multa aqua ad heminas tres effluxit, multa etiã intus permanfit.

CASUS LXXXVII.

Mulier quædam annos nata circiter 50. ante annum cum vellet lectum petere seque devesiret, incidit in animi deliquium, unde atrocissimos circa præcordia fuit passa dolores, evomitque cruenta, & ab hoc tempore dolores sensit in toto ventre, & potissimum in regione lumborum; ante 15. dies sensit dolorem valde molestum circa inguina, & potissimum in inguine sinistro, quando assurgit, lotium non potest excernere, decumbente autem ipsâ sponte effluit, & quæ tunc effluit urina, cruenta est valde, & una caruncula cruentæ excernuntur; medicamenta quæ ipsi fuerunt adhibita, ab aliis Medicis, nihil levaminis ei attulerunt, quia autem malum illud valde molestè illam urgebat, hodiè die 11. Nov. delata est in Nosocom. ut ad pristinam rediret valetud.

EXPLICATIO.

Quia hæc agra confuse admodum sua symptomata mariabat; ut illa tamen, quæ in casu proposita sunt, curiosè ex ipsius querelis colligere possemus, videtur vomitum illum cruentum tum indicare sanguinis è rupto vase effusionem, & dum ruptio illa vasis alicujus contigit deliquium animi agra passa fuit & dolores circa præcordia à sanguine ad ventriculum confluyente, qui cardialgiam partim acrimoniâ causatus est, partim copiâ suâ, vel aliâ pravitatè, unde vellicatio intestinor. & ventriculi.

Sed quod ad mictionem illam cruentam & intolerabiles dolores in inguine videtur causam etiam esse sanguinem extravasatum, quæ apertio in renibus, aut in ipsâ vesicâ facta est à sanguine acriori, & uti Cl. Sylv. vult, à spiritu acido erodente vasa & efficacissimos dolores inducente, unde sanguis extravasatus & in grumos concretus (ideo assurgens urinam commode non potest emittere,) meatum vesicæ urinariæ obvelat, & ita urinæ exitum prohibet, decumbente autem ipsâ magis cedit, ut major urinæ exitus pateat; grumolus enim sanguis acrior factus putrescit, & alcus excitatur, unde dehinc dolor ille.

Itaque de his vid. aphor. 80. Sect. 2. 6. Hipp. cum interpretatione Hollerij.

Curationem quod attinet, illud procurandum est ut spiritus acidus concentretur, vires debiles restarentur, vasa aperta consolidentur, & si sanguis coagulatus, dissolvatur, quæ omnia sequi mixtura præstare videtur, de quâ subinde Cochil. j. assumat.

- R. Aq. Plantag. ℥ij.*
- Cinamom. ℥ss.*
- Acet. stillat. ℥vj.*
- Ocul. Cancr. ℔j.*
- Sang. Dracon. ℔.*
- Laud. Opiat. Gr. iij.*
- Syrup. Myrtillor. ℥j.*
- M.*

14. 15. Dec. Urinam cruentam non amplius excrevit, sed sedimentum purulentum est, conquesta est hodiè de dolore quem sensit in urinâ emittendâ, & quod sæpius irritetur ad illam excernendam, cujus causa videtur esse, quia collum vesicæ exulceratum est, quod colligitur ex dolore & sedimento purulento; hinc si urinæ particule acriores ac salsa ad partem affectam perveniunt, irritatio fit ad excernendum urinam. Hodiè quoque valde vomuit, ac nauseabunda fuit; sitis eam etiam urfit, & de dolore, ubi sedes est vesicæ

ca conquesta fuit, utatur mixtura præscr. & Mas. Pil. de Cynogl. Sij. form. in Pilul. No. viij. fumat subinde j.

Hodie conquesta est de dolore circa regionem colli vesicæ, & de summâ debilitate; magis tamen de summâ virium debilitate, quàm de dolore urgente; urinam cruentam non amplius excernit, sed purulentum ac foetidum in urinâ deprehenditur sedimentum.

22. Admodum nauseabunda fuit, ut nihil posset assumere; ab omnibus adhorret, & quando aliquid assumpsit, è vestigio evomuit. Conquesta est de dolore & ordore in collo vesicæ, assumat j. de Pilul. de Cynogl.

23. 24. His diebus cruentam urinam excrevit; nihil adhuc potuit assumere, nihil itaque præscript.

25. Postquam omnia medicamenta abhorrebat, & in pejus omnia mutata sunt, die 26. manè hor. 6. obiit.

CASUS LXXXVIII.

PUella quædam 16. annor. de dolore ventris & febre quotidianâ conquesta est, quæ febris illam per 8. septimanas infestavit; de frigore non conqueritur, sed tantum de tremore summo, quando paroxysmus eam invadit; nullum adhuc assumpsit medicamentum.

Curata est more ordinario, qui videri potest in aliis Casibus.

CASUS LXXXIX.

VIr quidam per quadriennium valetudinarius fuit, & antequam in hunc affectum, quem jam patitur, incidit, febribus lentis vagis ac erraticis vexatus fuit, unde intrâ quadrans horæ bis terve frigeret & incalcesceret, initio autem mensis Octobr. cum valde iratus esset, sensit in lumbis pulsationem, & quasi flammam sursum ad caput ascendere; unde caput valde incaluit, & brevi post in linguâ paralyfin incidit; cruraque ita elevata sunt, ut non potuerit ea continere; & ab eo tempore non potuit dormire, & caput caldè doluit, dolorque gravis in brachiis valde urgebat illum, artusque tam debiles, ut eos non potuerit movere; die 15. Nov. delatus est in Nosocomium.

EXPLICATIO

Hic æger longis vigiliis emaciatus, ut ordine commodeque omnia non potuerit proferre, tamen ex illis quæ in casu notata sunt, quod causa hujus mali ex causis antecedentibus petenda sit, quia scilicet valetudinarius fuit, in quo vitiosi humores valde abundarunt, & quia valde irâ commotus perturbatio quædam facta fuit illorum humorum, & potissimum ipsius bilis in intestinum duodenum, quæ cum humore pituitoso (qui in illo abundabat, quod colligitur ex morbi diurnitate;) permixta, effervescentia ibi facta est, unde pulsatio in lumbis; & bilis recepta in vasa, ad caput delata, dolores capitis & vigiliæ causata est; ad reliquas autem partes, ubi cum humore pituitoso subsistit, dolores gravativos efficit.

Quia autem caput valde dolet, & vigiliæ ipsam maximè vexant, mixtura quædam ipsi præscribenda est.

- R. Mithridat. ʒij.
- Syrup. Stachad. ʒj.
- Aq. Theriacal. simp. ʒij.
- Lavendul. ʒij.
- M. assumat eam cochlearim.

Hac nocte se bene quievisse retulit, cum hætenus per 10. septimanas inquietè admodum ac per noctem ultra 2. aut 3. hor. non dormivisset. Per triduum alvus fuit legior; itaque quia bilis non solum peccat, sed & pituita, quod ex eo colligitur, si a bile solâ malum fuisset, sponte cessasset, nec tamdiu durasset, ac si a pituita maximè dependeret.

Igitur præscriptum fuit medicamentum utrumque humorem evacuens.

- R. Elect. cholagog. ʒij.
- Hydragog. ʒj.
- Aqu. Bethonic.
- q. s. pro haust.

17. Hac nocte benè quievit, non assumto medicamento; à purgante autem quinquies deiecit; lingua mobilior paulò fuit; Conquestus est hodiè de dolore vermiculante per omnia membra, & dolore quasi stupido, si enim aliquid tangit, quasi aliquod interesset medium, nimirum charta cuti interposita, per quam adeò stupidè sentiret.

18. Dolor ille, de quo heri conquestus est, non ita continuus hodiè fuit, & paulò melius se habuit.

19. Heri vesperi ter adhuc deiecit; hodiè autem quinquies, & paulò melius se habuit; ipsi vide-

debat, quod calor inferius ascenderet versus genua, sentiebatque dolorem, quasi medulla ex ossibus traheretur (quod videtur esse species convulsiois,) sed dolor ille remisit iterum; de somno interrupto conquestus est.

25. Levem sensit febrem, sed die 26. & 27. commodè se habuit, noctuque benè quievit; nec sensit febrem; venter qui adhuc mollis fuit, hodie 27. durior erat, & quia tum subito durior factus est, concludendum est, à flatibus duritiem illam esse; præterea conquestus est de obscuritate oculorum, ut tam clarè videre non posset; quia autem ut plurimum hoc contingit ab halitibus melancholicis, versus oculos ascendentibus, sanguinique permixtis, hinc humores oculorum, eo quo debent modo, non nutriuntur.

8. Jan. Benè se habuit hodiè; conquestus est de frigore in pedibus, cuius ratio, quia ex affectu animi, à quo ab initio incidit in hunc morbum, à quo sensim jam liberatur, commoti sunt omnes humores in corpore; hinc pituita partim ibi in loco subsistens, partim jam cum sanguine mixta ad illas partes affluens tale frigus causatur, & quia antea pedes laborabant stupore, non putandum, quasi jam de novo hoc frigoris incommodum primum sentiret, sed graviore stupore urgente frigus non sensit, vel non curavit, cesso autem jam stupore, magis percipit illud frigus, quod bonum est signum, si partes, quæ paralyti laborarunt, iterum sentiunt, quid incommodi ipsis contingat; arguit enim paralytin fore solutam, & notandum est, omnes partes paralyticas esse frigidiores reliquis, & frigus per aliquod tempus adhuc durat, etiam moveantur, frigusque in partibus resolutis non sentiri, nisi sensim auferatur paralytis.

CASUS XC.

Ancilla quædam per 4. menses valetudinaria ante 14. dies incidit in febrem quotidianam, à quo tempore pedes venterque sensim intumescere coeperunt, qui tumor in dies magis augmentus; hodie 24. conquesta est de alvo adstrictiore; sanguis ex naribus effluxit, cui alias non assueta; quia autem retulit se per 9. menses non passum esse fluxum menstruum, bonum signum videtur, nempe humores sensim corrigi, emendari, fluxilesque reddi; & sæpius Cl. Sylvius observavit talia exempla, ubi per annum menses

subsistere, tandem expurgato probè corpore, liberatoque à pravis humoribus sponte rediisse sine adhibitis medicamentis, quæ vulgò menses moventia dicuntur.

CASUS XCI.

Vir quidam ante 13. septimanas incidit in febrem tertianam intermittentem, quæ duravit per 3. septimanas, & dehinc mutata est in febrem quotidianam continuam, valdeque confusam, quæ illum afflixit per 6. septimanas; ante 4. autem septimanas mutata est in quartanam intermittentem. Quando paroxysmus invadit, sensit frigus in lumbis, cum dolore, qui tantus est, ut omnia in lumbis ipsi dilacerari videantur; frigus dispergitur versus partes inferiores, ut quasi in ossibus hæere sentiret; postea sursum ascendit in abdomen, dispergiturque per illud, durans per 3. hor.

Febre continuâ dum laboraret, liberalius assumpsit potum, unde hætenus per 6. septimanas sensit pedum tumorem, qui adhuc durat, & dolor capitis, qui illum valde urgebat in febre continuâ, sed tumefactis pedibus planè remisit.

Appetitus satis ipsum urget, noctuque benè quiescit; pulsus robustus est, magnus & frequens fuit in die remissionis; nulla adhuc adhibita sunt medicamenta.

EXPLICATIO.

Febrem quartanam ortum duxisse ex pituitâ, satis patet ex effectis, & duratione tum febris, per longum enim tempus duravit; & quando ingruit paroxysmus, dolorem & frigus percipit; Causa autem hor. symptomatum est, quia in intestino tenui (vel secund. vulg. in duodeno) duo reperiuntur ductus, bilarius scil. & pancreaticus, qui duo ductus se exonerant in principium illius intestini, vulgò jejuni dicti, quod firmiter lumbis annectitur, & si illi humores, qui ex illis excernuntur, benè se habent, temperata sunt omnia, & ex effervescentiâ, quam instituunt, nullum incommodum oritur; his autem malè dispositis, sive vitium sit unius, sive alterius, sive utriusque effervescentia sit illorum humorum & phlegmatis, quod semper reperitur in intestino; hinc si bilis prædominatur, calor magis est manifestus; si vero frigus, pituita.

Quò autem major sit effervescentia, eà magis distenditur illud intestinum, unde dolor percipitur.

Tumor pedum, qui speciem hydropis minatur, est partim à flatibus, partim à pituita viscida, quæ se exonerat ad partes externas, non autem à vitio alicujus partis seu læsione orta species hydropis, sed à largiore in febre continuâ assumpto potu, unde etiam statim tumorem pedum sensit.

Itaque in curatione præstandum, ut humores illi alterentur & educantur, itaque de sequ. apozemate singulis diebus manè haustum assumat.

- R. Cortic. Rad. samb. ℥b.
- Levistic. ℥vj.
- Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
- Cortic. lign. Guaj. ℥b.
- Baccar. Junip. ℥ij.
- Pulp. colocynthid. ℥j.
- Sem. Anis.
- Dauc. ana ℥ij.
- Coqu. s. a. ex aqu. pur. in Colatur. ℥l.
- Dissolv.
- Syr. de belleb. nigr. ℥v.
- Spir. Vin. rectific. ℥iij.
- Misc.

NB. Cortices & rad. lign. guajac. solum possent coqui lento igne vase probè clauso, per 24. hor. tanta vis enim ipsis inest antequam reliqua addantur, quia autem à pharmacopœis hoc non observatur, notandum tamen est, si quis sibi ipsi vellet parare tale decoctum quòd tali modo parari possit.

23. Hodie habuit febrem, frigus duravit per hor. calor per 2. sed neutrum fuit molestum; post calorem sensit dolorem vermiculantem in externis corporis partibus, quasi animalcula perreptarent illas partes, à vaporibus & halitibus biliosis acris ad illas partes delatis, post illum dolorem incidit in sudorem, qui duravit per 3. hor.

3. Februar. hodie assumpsit sal. vol. fixat. Sylviani gr. ij. unde perturbationem in toto corpore sensit, quasi omnia susque deque moverentur, & levem inde habuit febrem.

C A S U S XCII.

Vir quidam per 14. septimanas laboravit febre quartana, quæ illum invalit semper hor. 6. vespertina, frigus ingruit cum dolore, incipiens in lumbis, dispergiturque per totum corpus & ad caput, unde dolorem patitur; post frigus calor ingruit, & tunc incidit in somnum, quando

se movet, superiora sudant, inferiora autem non item; in ejus curationem seq. præscripta est mixtura, de quâ subinde cochl. j. assumere debet, redeunte autem paroxysmo cochl. iij.

- R. Aq. card. ben. ℥ij.
- Cochlear. ℥j.
- Theriacal. s. ℥x.
- Antimon. diaphor. ℥b.
- Syr. quinque Rad. ℥j.
- M.

Hodie manè hor. 8. habuit paroxysm. cum summo frigore, ut sella, cui insedebat, à tremore quem passus est, moveretur; in frigore valdè deliravit & sitivit, cessante autem frigore cessavit quoque delirium; ingruente calore dolorem capitis molestum passus est, cum aliquid comedit, amara ipsi omnia sapiunt & horum omnium symptomatum causa videtur esse pituita acida bili permista, prædominium autem habente pituita, in quâ abundat spiritus acidus, quæ delata ad caput spiritibus animalibus inordinatum motum conciliavit, itaque utatur rursus de superioribus præscripta mixt.

22. Conquestus fuit de dolore ventris circa umbilicium; alvus est adstricta, & quando aliquid excernit, summâ cum difficultate hoc facit, quia feces admodum indurata, causa autem indurationis est spiritus acidus, junctus oleo & sali, quibus scætant excrementa illa; quod seq. decoct. præstare potest, à quo bis in die haustum assumat.

- R. Rad. Apii.
- Levistic. ana ℥j.
- Rasur. lign. Guajac. ℥iij.
- Baccar. Junip. ℥ij.
- Pulp. colocynthid. ℥j.
- Coqu. in s. q. Aqu. pur. in Colatur. ℥xxx.
- Dissolv.
- Syr. de belleb. nigr. ℥ij.
- Spir. Vin. rectific. ℥ij.
- M.

NB. Lignum Guajac. est egregium ad incidendum quoscunque humores viscidos, ratione salis volat. quo maxime scætat.

C A S U S XCIII.

Vir quidam ante 14. septimanas incidit in febrem quotidianam continuam, paroxysmi fem-

semper magno cum frigore invaserunt, febre autem ante dies aliquot remissa, incidit in magnum ventris dolorem totiusque corporis; non sitit, nec esurit; per 10. dies non deiecit.

EXPLICATIO.

Multi hic sunt affectus intricati ab humoribus intricatis, & vario modo vitatis in corpore contentis; quos humores cum excernere non valeat & ut melius pateat affectus de sequ. mixt. subinde cochl. j. assumat.

R. Aqu. petrosel. ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥℥.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. canor. ℥℥.
Antimon. diaphor. ℥j.
Laud. Opiat. gr. ij.
Syr. quinque Rad. ℥j.

M.
 1. Jan. Commodè deiecit ab haustu hydragogo. 2. 3. Benè se habuit, conquestus est saltem de dolore in plantis pedum & lassitudine brachiorum.

CASUS XCIV.

Vir quidam cujus uxor profluvio calvi valdè fetido laboravit, quâ occasione ei semper adesse coactus intrâ spatium 7. dierum non dormivit, unde ante 10. dies incidit in febrem continuam, quæ illum circa vesperam invadit hor. 6. ubi primum summum frigus percipit in lumbis, quod deinde per totum corpus dispergitur, duratque aliquando per 3. 4. aut 5. hor. in ipso frigore ut & calore, summum capitis dolorem percipit, ingruente calore valdè sudat, sititque & pulsus debilis reperitur.

CASUS XCV.

Vir quidam ante 5. septimanas levem dolorem in lumbis sensit, unde quasi levem auram ad caput ascendere ipsi videbatur, ut omnia in gyrum secum ferri putaret, & sedere coactus fuerit; decidit in terram; totius corporis convulsionibus, cum stertore, spumâ ex ore effluente omnium sensuum & aliarum perceptionum privatione correptus est; mens finito paroxysmo per 3. dies non constitit, loquela etiam tam diu im-

pedita fuit; adhibita fuere medicamenta, unde paroxysmi non tam graves fuerunt.

Per 8. autem dies adeo mitigata sunt symptomata, ut bis vel ter sentiat paroxysmum, & antequam paroxysmus invadat illum, pulsationes per totum corpus, imprimis in abdomine sentit, unde dolorem etiam gravem in lumbis totoque ventre & capite; manus dextra subinde contrahitur; imprimis autem pollicem in manu arcè tenet, quæ convulsio in illâ manu illum deserit, & migrat in sinistram; mens tamen in paroxysmis satis constat, pulsus contractus fuit, sed non debilis.

EXPLICATIO.

Epilepsiâ virum hunc laborasse & adhuc laborare satis ex circumstantiis & symptomatibus recensitis patet, cum epilepsia alia sit gravior, alia levior; & alia cum sensuum privatione; hæc autem cum levioribus symptomatibus, sensibusque ex parte constantibus invadit; illam in principio, hanc vero adhuc patitur.

Causa autem proxima ipsius motus convulsivi & convulsionis fuit imprimis spiritus acidus volatilis minus acris, ad principium nervorum accedens, illique molestiam inferens, unde convulsio; hinc si considerentur omnia, quæ ad motum animale sive voluntarium concurrunt, unde benè perficitur, non difficile erit concludere, quænam sit causa motus inordinati sive convulsionis.

Quia vires satis constant in hoc ægro, de sequ. mixt. subinde cochleare j. assumat.

R. Aqu. flor. tilia. ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥vj.
Antimon. diaphor. ℥j.
Syrup. flor. pæon. ℥j.
M.

16. 17. Jan. Valdè debilis est pulsus; nihil alimenti assumit; non amplius vomit; Causa pulsus debilioris est sanguis vitiatum, ex quo spiritus generari non possunt, unde minor ventriculorum contractio.

Hodiè 18. hor. 2. pomerid. vitam cum morte commutavit.

Annotata ex dissectione cadaver. ipsius. Musculi abdominis valdè tensi erant, sanguisque satis fluxilis ex minimis vasibus effluebat.

Intestini coli pars in dextro latere ab omento non tegebatur; alias omentum satis benè se habebat, & minimâ pinguedine perfusum erat.

Vasâ in superficie intestinor. valdè turgebant, majoraque quàm naturaliter cernebantur.

In-

Intestina tenuia unâ parte erant diaphana, in alterâ autem parte obscurioris & nigricantis coloris, uti contingit in gangrænâ, & hoc vitium contingit, si humor acidus valdè peccat, unde ingentes dolores excitantur, de quibus etiam ab initio conquestus fuit; adhibitis autem iis, quæ spiritum acidum concentrant, melius se habuit. Intestinum tenue quod sub mesenterio circa lumborum regionem vergit, internâ suâ substantiâ valdè erosa erat, & rubra, eâ in parte, quæ vergebat versus latera, albescebat autem in illâ parte, quæ tendebat sursum versus ventriculum, signum effervescentiam ex humoribus, qui ex duobus ductibus pancreatico scilicet & biliario eò deferuntur, & iusto acriores fuere, ibi factam esse, non autem usque ad eò versus ventriculum, aliàs magis illa pars infestata fuisset, vapores autem & halitus ex illâ ferverentia excitatos & ad Ventriculum delatos esse satis testantur vomitiones, quas passus est æger, jam defunctus, in suâ vitâ.

Sub Ventriculo ductu transverso debuisset observari intestinum colon, quod in hoc subjecto latebat admodum, ut non commodè potuisset videri, ut aliàs solet.

Observandum est, intestinum colon naturaliter in latere sinistro ad partem ferè summam costarum spuriarum assurgere & à flatibus aut aliâ materiâ viscidâ, in illo contentâ distendi, unde nonnunquam tumor & dolor percipitur, & tunc sæpius culpatur lien, etsi nullum vitium in liene sæpius observetur, & sæpè talis tumor dolore subinde recurrit; cum autem medicamenta incidentia flatuque discutientia adhibeantur, malum cessat.

In hoc subjecto flexio sygmoidea in latere dextro, ubi incipit intestinum colon assurgere, observabatur, quæ aliàs naturaliter non ita se habebat; sed lusu naturæ tale quid contigisse statuendum; in latere autem sinistro ubi naturaliter illa flexio sygmoidea observatur, de rat, & intestinum hoc colon rectâ descendebat.

Ventriculus in parte superiore & inferiore prominere & turgebat, in medio autem coarctabatur.

Phlegma, quid in Ventriculo reperiebatur, nigricantis erat coloris, cujus causam Cl. Sylv. iudicavit fuisse, quia medicamentis, quæ assumptis, lap. hæmatites fuit permixtus, qui talem suppeditat tincturam.

Interna Ventriculi substantia quasi inflammata ac erosa erat, à materiâ acri eò delatâ, unde vomitus; superius autem orificium planè albicans erat coloris.

Pancreas benè se habebat, succus qui in eo re-

periebatur, subacidus & adstringens erat.

In cavitate abdominis aqua cruenta reperiebatur, sed paucâ quantitate.

In thorace omnia benè se habebant, nihilque præternaturam observabatur in cordis & pulmonum externâ substantiâ.

In cordis dextro ut & sinistro Ventriculo sanguis ater carneâ substantiâ circumvolutus extrahabatur; sanguine probè abluto carnea substantia reperiebatur, tantaque acrimonia fuit in illâ aquâ, ut membranæ pleræque prorsus abrasæ essent.

Aqua quæ in pericardio erat, saporis erat acris & subacidi, subdulcis vero in fine sapiebat.

In capite sub tenui meninge sanguis extravasatus observabatur, & in utroque latere sanguis ille reperiebatur, non autem in anteriore, nec in posteriore capitis parte.

Vasa admodum turgebant sanguine, inprimis in lateribus, unde si res ita se habet, pulsationes molestæ circa tempora percipiuntur.

In Ventriculis cerebri aqua reperiebatur, quæ falsa erat, & paululum acida, uti inter alios & ipse gustavit Cl. Sylvius.

In glandulâ pineali arenulæ observabatur, NB. Circa nervos opticos arteriæ carotides observantur, & quando sanguis copiosior aut acrior per illos defertur, dolor circa radices oculorum notatur.

Plexus retiformis seu rete mirabile Galeni egregiè in hoc subjecto cernebatur. In externis palpebrarum ad extremum canthum utriusque oculi majorem demonstravit Dominus Sylvius duos exiguos ductus; qui tamen admittebant stylum minimum, prodeuntes ex glandulis, quæ sunt circa radices narium, & ex glandulâ quasi unus ductus primò prodit, qui dehinc in duos dispergitur ramos, qui desinunt in canthum oculi majorem.

C A S U S X C V I.

ANcilla quædam ante aliquot dies sensit levem calorem in lumbis, unde paulò post angustiam circa præcordia & palpitationem cordis sensit, sibi dehinc videtur aliquid sursum vergere versus fauces, quod semper deglutire coacta fuit, exinde levem patitur vertiginem, ut sedere cogatur; levem subinde etiam sensit febrem; abdomen est distentum, in primis post alimentum assumptum magis angitur, & per aliquot dies non dejecit.

E X-

EXPLICATIO.

Effervescentiam in intestino tenui circa lumbos fieri, satis manifestum est ex relatis aegrae, dum de calore circa regionem lumborum conquesta fuit, materiam autem ex qua effervescentia ista contingit, bilem pituitam esse; ex ductu pancreatico & bilario in illud intestinum delatum, arguit Dominus Sylvius, unde halitus & flatus elevati sursum versus cor, fauces & caput symptomata illa excitant; imprimis autem acidus esse istos halitus arguit contractio faucium, ut semper in faucibus quid haerere videatur nostrae aegrae, quod symptomata speciem suffocationis hystericae (uti vulgo dicitur) denotat, abdomen autem distentum à flatibus provenire verum videtur. NB. Oleum succin. dest. egregium est in suffocationibus uterinis, scattet enim sale volatili, unde corrigitur spiritus acidus, & ratione olei spiritus volatilis.

Tinctura succini optimè adhibetur in hysterica affectionibus, sed quia in quibusdam pharmacopœis non prostat, loco ejus tinctura castorei praescribatur.

Melius se habuit, quoad suffocationem & vertiginem, ut & reliqua symptomata, conquesta tantum fuit, de ardore ventriculi, quasi carbonem vivi in illo essent, & assumpto potu hoc symptoma maximè urget, Germanis dicitur *der soor*; itaque duabus vicibus sequ. pulverem in cochl. cerevisiae assumat.

R. Cret. alb.

Bol. armen. ana ℥ss.

M. ad chart.

NB. Bolus Armena non tantum praestat uti creta, sed idèd additur, ne ab aegris rejiciatur medicamentum, si sola creta addatur.

CASUS XCVII.

ANcilla quaedam per tres menses laboravit febre quartana, quae ingruit summo cum frigore in lumbis, quod dehinc dispergitur per totum corpus, imprimis autem quia per quatuor septimanas venter pedesque valdè intumuerant, ab illo tempore frigus maximè sensit, circa praecordia, ventrem & pedes; frigus, quod valdè molestum, durat per duas horas, in quibus valdè tremit; calor, qui frigus subsequitur, valdè molestus etiam est; antequam paroxysmus illam invadit, valdè sitit, non autem in paroxysmo, sed die quoque sequente post paroxysmum; noctu non potest quiescere; alvus non satis re-

spondet. Quia autem sequenti hac nocte expectat paroxysmum, cuius ratio habenda est, de sequ. mixturâ cochl. j. subinde assumat, & redeunte paroxysmo cochl. iij.

R. Aqu. fenic. ℥ij.

Theriacal. simpl. ℥j.

Acet. stillat. ℥x.

Laud. Opiat. gr. ij.

Antimon. diaphor.

Ocul. Cancr. ana ℥ss.

Syr. de quinque radic. ℥j.

M.

CASUS XCVIII.

Vir quidam per 8. dies febre quotidianâ laboravit, ubi primò in lumbis sensit summum frigus, quod dehinc per ductum dorsii deferretur ad caput, unde capitis dolorem & vertiginem sensit; noctu non potest quiescere; alvus hæctenus fuit constipata, sed assumpto prunor. brodio, jam laxa est.

14. A medicamento hydragogo quodam assumpto non dejecit, sed sensit dolorem tenivum sub umbilico, qui transversim fertur ad latus dextrum, & hic dolor est in intestino colo, quia nullum est intestinum, quod transversim fertur, quàm Colon, & quia medicamentum hydragogum debile fuit, ad expellendos viscidos humores, excitati sunt flatus.

CASUS XCVIX.

Foemina quaedam per 3. menses laboravit febre quartana, & jam per mensem incidit in tertianam, cum ingruit paroxysmus summum frigus valdeque molestum sensit in lumborum regione, quod dispergitur inde in totum corpus, duratque per 2. hor. calor autem dehinc, qui sequitur frigus, valdè molestus est, ut etiam in terram decumbat, ad temperandum calorem, in calore valdè sudat, alvus præterea satis respondet; noctu non commode quiescit. Itaque de sequ. mixturâ subinde cochl. j. assumat, & urgente paroxysmo s. aut 6.

R. Aqu. Ment. ℥ij.

Theriacal. simpl. ℥vj.

Acet. stillat. ℥ss.

Ocul. Cancr. ℥ss.

Syr. quinque Radic. ℥vj.

M.

h

25. Con.

25. Conquesta est hodiè de dolore punctorio in dextro hypochondrio, qui subinde recurrit; & melius se habet, præsertim si emittit flatus.

C A S U S C.

Mulier quædam per 14. dies laboravit doloribus totius corporis & imprimis jam conquesta est de doloribus capitis; febrem sentit quotidie, sed magis de calore, quam de frigore conquesta est; assumit ante hæc purgans, à quo alvus hætenus laxa, sed quia jam adhuc imprimis dolor capitis & totius corporis durat, febris quoque lenta ipsam comitatur, de sequ. mixturâ subinde cochl. j. assumat;

R. *Aqu. petrosel.*
Hysop. ana ℥iſs.
Theriacal. simpl.
Acer. stillat. ana ℥ſs.
Ocul. Cancr. ℥ſs.
Laudan. opiat. gr. ij.
Antimon. diaphor. ℥j.
Syr. quinque Rad. ℥ſs.
M.

Hætenus mediocriter se habuit ab assumtâ mixturâ cum Laudan. opiat. sed conquesta est de dolore artuum, & imprimis ventris; caput fœdum fuit ulceribus, quæ ulcera per aliquot septimanas habuit, & suspecta ab aliis habita fuit, quasi specie luis Venereæ sit affecta, quia maritus tali lue correptus est. Hodiè 7. Febr. cum satis bene se habuit, statim in pejus res ejus mutatae sunt, & obiit.

Annotata ex Anatome hujus mulieris.

Aperto abdomine intestina nullo omento tegebantur, sed sursum planè erat retractum, & ad latitudinem 3. digitorum transversorum circumcingebat epatis superficiem, eratque omentum fœdi coloris; præterea omentum adhærebat ventriculo. Magna aquæ copia in abdomine erat contenta, & quidem valdè acris, quæ suâ acrimoniâ partem intestinorum, quæ hærebat in fundo, abrasit, ut planè nigra, & principium gangrænæ repræsentarent; pars autem intestinorum, ad quam aqua non pervenit, pallidioris erat coloris. Peritonæum etiam ab aquæ acrimoniâ abrasum erat. Pus circa uterum reperiebatur valdè fœtidum; tubis uteri vesiculæ aquâ repletæ adhærebant. Intestina flatibus valdè turgebant, omnium maximè intestinum colon in illâ parte, ubi flexio illa sigmoidea observabatur, quæ alias

naturaliter in sinistro latere notatur, in hoc autem subiecto in dextro latere cernebatur, quod contigit ab ingentibus doloribus, unde intestina veluti contorquebantur. Hepar firmiter annectebatur ventriculo ac diaphragmati, & valdè deorsum prominebat, eratque pallidi coloris. Lien major quàm naturaliter, satisque magnus conspiciabatur; pars superior pallidioris; inferior verò lividioris erat coloris.

In vesiculâ fellis 75. calculi formâ triangulari reperiebantur, sed in paucâ bilis quantitate. Intestinum tenue, in quod inseruntur duo illi ductus bilarius scil. & pancreaticus valdè excoarctatum erat; & hoc contingit, quia parvâ in quantitate bilis adfuit, unde acrimonia aliorum humorum acidorum & acrium per ductum pancreaticum eò delatorum à bilis defectu non potuit corrigi, unde excoarctatio. Vesica Urinaria formam triangularem repræsentabat, ejusque orificium, quod naturaliter albere debebat, valdè rubebat, & quasi levem inflammationem adesse cernebatur, quod contigit ab urinæ acrimoniâ. Cavernulæ in uteri substantiâ internâ observabantur, quibus inflatis tumebant uteri tubæ. Ex orificio uteri interno materia viscida & quasi purulenta effluebat, qualis solet excerni in illis fœminis, quæ gonorrhœâ laborant. Pulmones undique adhærebant non solum pleuræ, sed & ipsi diaphragmati. Aqua cruenta in latere dextro thoracis observabatur; & dexter lobus pulmonis naturaliter penè se habebat, sed sinister ferè erat consumptus, exiguaque ejus vestigia apparebant, multumque puris & aquæ exhauriebatur, talis, qualis solet excerni in phtysi. Membrana quæ pulmones cingebat, decuplo crassior erat, in lobo pulmonum sinistro exulcerato, quàm in lobo dextro, qui naturaliter se habebat. Vesicula quasi candelâ combusta in cordis superficie apparebat, quod contigit ab humorum acrimoniâ, qui ubi subsistunt, simile quid ob suam acrimoniam causant. NB. Cum inflaretur ductus thoracicus seu chyliiferus, intumescebat vena azygos, & vena cava; cor movebatur, & pulmones extendebantur. In cute capitis fœda notabantur ulcera, quæ cutem tantum & pericranium affecerunt; sed cranium nondum aliquid passum est, nisi hinc & illinc levia vestigia apparebant; & hoc notandum in lue venereâ, ubi ulcera ad ossa perveniunt, unde caries ipsorum sequitur, & non solum dolores intolerabiles patiuntur illi, qui hoc affectu correpti sunt, sed & incurabilis est affectus ille, & adhibentur frustra remedia. In cerebro omnia benè se habebant.

CASUS CI.

Vir quidam per 4. septimanas laboravit febre quartanâ, quando ingruit paroxysmus sentit frigus in lumbis, quod instar cinguli ambit abdomen, duratque per 4. hor. calor, qui frigus subsequitur tanto quoque tempore durat, sed non aded molestus, in calore sentit capitis dolorem; sitit; præterea alvus per aliquot dies fuit constipatiore; Præscriptus est haustus hydragogus purgans & mixtura temperans humores.

CASUS CII.

Ancilla quædam per 14. dies laboravit capitis gravedine, i. e. hat den Schnupfen / sed per 2. dies conquesta est de ventris & lumborum dolore ingente, ut & capitis; alvus per 3. dies constipatiore fuit, itaque cras manè assumat haustum hydragogum.

25. Jan. Semel copiosè dejecit; conquesta fuit de fummo capitis dolore, ut non loqui, nec loquentes audire sive perferre possit; de sequ. itaque mixturâ cochleatim assumat aliquid sapius.

*Rx. Aqu. petrosel.
Fenicul. ana ʒj.
Acet. stillat. ʒvj.
Tinct. Cinamom. ʒij.
Ocul. Cancr. ʒss.
Laud. opiat. gr. ij.
Syr. de betonic. ʒj.
M.*

CASUS CIII.

23. Jan. **V**ir quidam per 8. dies laboravit febre quartanâ; frigus sensit primò in lumbis, quod dehinc in totum corpus dispersum est, sed non est molestum; calor qui frigus subsequitur, molestior est; de fummis ventris doloribus conquestus fuit; per 3. dies non dejecit.

27. Hodie habuit febrem, quæ autem non aded molesta fuit; conqueritur de doloribus circa ossa, qui magis urgent circa vesperam, ut noctu non possit dormire, quia autem uxor laborat lue venerea, hæc signa videntur etiam aliquam ejus speciem indicare; de sequ. ergò decocto singulis

diebus haustum manè assumat, & si alvum non deponit, à meridie iterum, & sic bis in die.

*Rx. Rasur. lign. Guajac. ʒiij.
Baccar. Junip. ʒij.
Pulp. colocynthid. ʒj.
Sem. Anis. ʒiij.
Coqu. s. a. ex aqu. pur. ad Colatur. ʒxxx.
in quibus dissolv.
Syr. de helleb. nigr. ʒiiij.
Aqu. Theriacal. simpl. ʒj.
M.*

Indies post assumtum decoct. melius se habet.

CASUS CIV.

Clarissimus Dominus Sylvius Amstelodami ad foeminam aliquam vocatus fuit, quæ jam per tempus aliquod acerbissimo dentium dolore vexata fuit, cui cum præsens Medicus dentem evelli curavit, malum ad proximum dentem serpebat, quem Medicus quoque evelli jussit, ita ut brevi aliquot dentes evellerentur; interim illa vix aliquod levaminis cum sentiret, illis tandem fessa malis, tum etiam Cl. Domin. Sylv. in consilium adhibuit, qui postquam nihil noxii in dentibus percepit, miratus imprudentiam prioris Medici, tandem mixturam ad sopiendum dolorem præscripsit, quæ dolor etiam fuit sopitus; quo sopito, medicamentum blandè purgans præscripsit, quo humor educeretur, hocque assumto tanta ventris tormina percepit, ut sibi intestina quasi contorqueri & convelli sentiret, quæ materia eductâ, plenè planeque restituta est.

CASUS CV.

22. Jan. **V**ir quidam per 2. menses sanguinem expuit, assumpta autem conservâ rosar. sanguinem jam non amplius excernit; per aliquot septimanas conquestus est de dolore pectoris, quando tussit, phlegmata alba ac viscida tussiendo excernit, de sequ. mixturâ assumat.

*Rx. Aq. Hyssop.
Fenic. ana ʒiij.
Acet. stillat. ʒvj.
Tinctur. Cinamom. ʒij.
Ocul. Cancr. ʒj.
Sang. dracon. gr. vj.*

Syr. quinque Rad. ℥j.
M.

23. 24. Jan. Magnum levamen habuit, dolor in pectore planè cessavit, adhuc phlegmata alba & viscida excernit tussiendo.

25. Hâc nocte suffocatus obiit.

C A S U S C V I.

Vir quidam incidit in aquam frigidam, unde valdè perterritus & frige factus sensit dolorem & frigus in lumbis; pulsus est contractior (hic signum est febris,) alvus laxior.

Quia malum ipsi ab extrâ contigit, & his in casibus sudorifera valdè profunt, de sequ. mixturâ cochleatim & sæpius assumat.

R. Aqu. petrosel. ℥ij.
Fenic. ℥j.
Theriacal. simpl. ℥vj.
Acet. stillat. ℥℔.
Antimon. diaphor. ℥℔.
Syr. quinque Rad. M.

Optimè se habet.

C A S U S C V I I.

Vir quidam valdè incalescens se exposuit frigori, ubi brevi post insigni febre correptus est, & sensit dolorem in lumbis, ut & frigus ac calorem, ita ut sæpissimè in die mox incalescat, mox refrigescat; dolor dehinc ex lumbis dispergitur per totum ventrem, ut omnia intestina quasi contorqueri ipsi videantur; cardialgia adest; alvus segnior, sitit, & quando potum non assumit cochleatim, eum statim evomit; quæ evomit, amara sunt. Dolor in lumbis nonnunquam tantus est, ut in terram sæpè concidat, & nesciat, quomodo se habet; non potest quiescere.

E X P L I C A T I O.

Causa horum symptomatum deduci potest ab effervescentiâ in intestino tenui factâ, ab humore pancreatico & bilario in intestinum illud effuso, hinc quia spiritus acidus quàm maximè peccat, quod deduci potest ex ingenti dolore; ad varias autem partes spiritus ille acidus delatus varia quoque instituit incommoda; bilis autem ex illâ effervescentiâ sursum ad ventericulum ejus-

que orificium superius delata vomitum cardialgiamque instituit.

C U R A T I O.

Ut vitium humorum illorum emendetur, de sequ. mixturâ sæpius cochleatim assumat.

R. Diascord. Fracastor. ℥ij.
Syrup. Card. Bened. ℥i℔.
Aqu. theriacal. simpl. ℥℔.
Acet. stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥j.
Aqu. fenic. ℥i℔.
M.

2. Melius se habuit post assumt. cholagogum, à quo quater purgatus est, & in omnibus levamen sensit; conquestus est de dolore faucium, itaque coquantur rapæ in aqu. pur. & assumat de jusculo ad gargarifand. fauces.

5. In omnibus levamen habuit, optimeque cum illo fuit.

C A S U S C V I I I.

9. Maji. Anno 1664.

Juvenis quidam ante 10. septimanas febre tertianâ laboravit, per aliquot autem dies febris quotidiana illum afflixit; quando paroxysmus illum invadit, dolorem sentit in lumbis, & frigus durat per sesquihoram, calor autem per 2. hor. in calore valdè sitit; appetitus alias est prostratus; urgente calore caput dolet; adhibita sunt Vomitoria, non tamen vomuit, non nauseat; alvus satis est laxa; paroxysmus febrilis cum sudore cessat; quia autem uterque humor peccat, bilis nempe & pituita, alterantia commodè hic adhibentur, & quidem in formâ mixturæ præscripta.

10. Pondus in ventre sentit; anticipat febris; frigus non fuit grave; venter subinde tumet; heri fuit immunis à febre; hodiè paroxysmum habuit; pergat in assumptione mixturæ hujus.

R. Aqu. petrosel & fenic. ana ℥℔.
Theriacal. simpl. ℥j.
Acet. stillat. ℥x.
Antimon. diaphor. ℥℔.

12. Maji. Hodie horâ undecimâ antimeridianâ paroxysmus illum investavit; frigus primò sensit

fit in lumbis; quod dehinc secundum dorſi ductum diſperſum fuit, duravitque per ſeſquihoram, calor verò per 2. hor. in calore valdè ſudavit, ut & poſtquam paroxyſmus penè remiſit ſine teſtamenti corpori adhibitis.

Laud. Opiat. Gr. ij.
Syrup. de Fenic. ℥j.
M.

Optimè ſe habet.

CASUS CIX.

9. Maji. **J**Uvenis quidam ſub hypochondrio pun-
ctiones ſenſit, per tempus aliquod ſubinde remittentes, quod malum contraxit, poſtquam valdè calidus frigidam largiter aſſumerit; dolores autem tanti fuere, ut vix loqui præ doloribus poſſet; Medici qui ipſi adfuerunt, judicaverunt eſſe pleuritidem & venam ſecare ante 6. dies mandârunt, quod etiam factum, dolores quidem paululum remiſſerant, ſed tamen adhuc ſatis moleſti ſunt ipſi; poſt V. S. anhelofus factus eſt, & difficilis reſpiratio ipſum urget. Judicat autem Cl. Sylv. malum illud in ventre & potius in teſtino tenui locum habere, flatuſque ex pituitâ & bile peccantibus excitatos fuiſſe, murmura enim ſubinde in in teſtibus percipere æger aſſerit, itaque neceſſum eſt, ut flatuum generatio impediatur, flatuſque producti diſcutiantur; 2. ut humores peccantes emendentur, & ſenſim educantur, itaque præſcribatur decoct. ex ingredientibus quæ ſcatent ſale volatili.

12. Maji. Per aliquot noctes non quievit, & noctu pejus ſe habet cum decumbit, quàm ſi de die ſedeat; noctu enim ſentit dolorem in hypochondrio ſiniſtro, unde quaſi aliquid aſcendere ipſi videtur, & angere pectus; mirum autem eſt, quòd tale malum non contingat de die, ſed de nocte, quando decumbit in lecto; & putat Cl. Sylvius rationem eſſe, quia quædam plumæ gravem ſpirant odorem, unde aliquid volatile elevatur, quod corpori noſtro ſe inſinuat, & promovet, motum alicujus humoris in eo, qualis qualis ille etiam ſit, unde efferveſcentia tunc contingit, & quæ poſſet aliquid elevari, quod varia conſtituit commoda, prout ad varias deſertur partes; quia autem non planè liber à febre eſt, & humores peccantes correctionem requirunt, & ſomnus ut ipſi concilietur, neceſſum eſt, ergò ſequi mixturam cochleatim aſſumat.

℞. Aqu. petroſel. ℥ij.
Fenic. ℥j.

Acet. ſillat. ℥vj.

Antimon. diaphor.

Ocul. Cancr. ana ℥j.

Spir. Vin. redif. ℥iſ.

CASUS CX.

9. Maji. **V**Ir quidam portavit onus grave, unde debilior factus in lumbis & ſub coſtis dolorem ſentit, ſubinde febricitat; debilis eſt, in cruribus circa articulationes cruris tam dextri, quàm ſiniſtri potiùs rigorem, quàm dolorem ſentit, magis tamen in dextro, quàm in ſiniſtro crure; nullus tumor in cruribus obſervatur; ſapor ingratus in ore eſt, aliàs de nullis amplius ſymptomatibus eſt conqueſtus. Quia vitium in ſero eſſe videtur, ideò præſcribatur ipſi purgans hydragogum.

12. Maji. Sudavit, ſed paululum, nullum notabile levamen adhuc in pedibus ſentit, quod non mirum; quia enim eſt malum inveteratum, neceſſe eſt, ut tractu temporis illud corrigatur.

14. Maji. Veſperi cum decumbit, dolorem capitis ſentit, interdiu autem non; manè quando ſurgit, paululum ambulare poſſet, ſed ſtatim deſaturatur, & ſedere cogitur; tumor in ſiniſtro pede major, quàm in dextro, ut & dolor, (poſſet autem tumor & dolor dependere à materiâ ſeroſâ viſcidâ & acri) alvus per duos dies fuit adſtricta, ſudavit paululum ab aſſumpto decocto; nihil autem dejecit per alvum, ut educantur humores ſeroſi.

17. Maji Maculæ ſcorbuticæ cum dolore prætereà accedunt, quod non tam malum ſignum, quia ad ſuperficiem ſenſim malum propellitur. Externè crura illinat ſequi Ungu.

℞. Ung. Martiat.

Ol. Lumbric. ana ℥ij.

M.

20. Maji. In eodem ſtatu fuit, ſed hodiè 21. Maji cruris tumor verſus inferiora minuitur; in ſuperioribus in eodem ſtatu permanet, dolor in interioribus tumoris eſt, ſcil. in muſculis, ſeu eorum carne, humor acris adest, dolor verò hic non eſt à diſtentione, melius habet, cum decumbit, pejus autem ubi ſurgit, idque ad meridiem uſque ratio quia ſanguinis fluxus, dum extrà lectum eſt, non æquè procedit, qui ſanguis, ubi magis hæret, majorem moleſtiam creat, deinde etiam reliqui humores, qui in habitu ſunt, dum, cum interdiu magis moventur, malum augent, deinde

h 3.

deinde tempore somni à spiritibus volatilibus in fomno acris ille humor magis temperatur.

Scorbutus sæpè in interioribus est satis vehemens, & tunc nullæ maculæ adsunt, sæpè exteriores partes magis afficit, & tunc maculæ apparent; interdum ubi malum ad extremum pervenit, ut ex interioribus ad exteriora penetret, & tum maculæ similiter apparent. Balneum & fots hic conveniunt, nisi sumptibus parcendum esset, & tunc Decoct. lign. Guajac. & Baccar. Junip. convenirent.

24. Maji. Pedum tumor non tam durus nec magnus nec etiam tensio tanta. Sensit dolores ventris hodiè, (potest fieri, ut humores, qui in pedibus diu hæserunt, doloremque causerunt, magis soluti sint, & ad intestina delati unde dolor) & pro bono signo habet Cl. Sylv. dolor in pedibus valde diminutus.

1. Junii. Benè se habuit, sed die 2. pejus, & hoc sensit, quòd alternis diebus pejus habeat, hinc non dubitandum, quin aliquid febris intercurrat; nullus enim affectus præter febrem per paroxysmos invadit; pejus autem habuit hic æger, quoad dolorem & tensionem in cruribus. Ad fomentandos pedes

℞. Rad. Alth. ℥ij.
Fol. Absinth.
Abrotan.
Card. Bened.
Matricar.
Summitat. Melilot.
Chamomill. Rom.
Flor. Sambuc. ana. M. j.
Baccar. Junip. ℥iij.
Laur. ℥j.
Sem. Cumin ℥℔.
Concis. & Contus. d. ad Chart.
Coq. in s. q. cerevis. tenuior. aut aq.
Cum Decoct. calid. pedes foveantur.

16. Junii. Rigiditas in pedibus & quidem in furis adhuc permanet; tormina in ventre habuit; commodum esset, si liceret instituere fomentum ex Spir. Vin. paratum. Sed interea alia quæ etiam præstantia sunt, non intermitteremus; addantur igitur fomento supra præscripto Fæc. Vin. ℔j. quæ in hoc casu egregiæ sunt. Post fotum sequi linimento illinantur furæ, & quidem illo in loco, ubi maximam persentiscit rigiditatem.

℞. Spir. Vin. Rectif. ℥iij.
Campb. ℥℔.
Ol. Succin. ℥j.
M.

In tali casu quoque convenit Ol. de lateribus & balsamus Sulphuris.

18. Junii. Circa finem musculorum imprimis in dextro pede in tendinibus puta, majorem rigiditatem sensit, quàm aliàs, quod potest esse à materiâ viscidâ eò delatâ, unde ubi difficilius discutitur, ob partes membranofas, facilius autem in partibus carnosis.

C A S U S C X I.

9. Maji. **V**ir quidam per aliquot septimanas febre tertianâ laboravit, & adhuc laborat; ingruente paroxysmo frigus sentit in lumbis, quod durat per sesquihoram, calor autem per 4. hor. & in paroxysmo distensionem ventris patitur.

24. Per aliquot noctes valde sudavit, & quidem horam post cum petierit lectum; noctu dum sudat, non quiescit, sed manè & interdiu dormit; in principio sudoris sentit dolorem magis urgentem in hypochondrio sinistro, quàm aliàs; alternis diebus febricitat, & dum febricitat, dolor in hypochondriis gravior est, non negandum tamen, cum tam sudet, illum febricitare etiam, ab effervescentiâ enim factâ in intestino tenui, dolor in hypochondrio, & quicquid ad cor deducitur, ibique novam effervescentiam instituit, febris quoque oritur, & in paroxysmo tunc sudor erumpit, non autem malum hic sudor videtur signum, & spes est, brevi inde fieri mali solutionem.

25. Maji. Hodiè habuit febrem, frigus duravit ultra horam, calor non molestus fuit; in frigore pulsus frequens & compressior; in calore frequens & dilatator; caput dolet nonnunquam in frigore, nonnunquam in calore, nonnunquam etiam extra paroxysmum ab aliquo acre, quod elevatur ante paroxysmum, & partes capitis sensibiles lancinat; quod autem quædam magis capitis doloribus sint participes, provenit à partium constitutione, quatenus in hoc subjecto partes magis aptæ sunt ad recipiendum vitiosum humorem, quàm in alio.

30. Maji. In lumbis tempore paroxysmi dolores lancinantes sensit, non tamen adeò gravis fuit paroxysmus; noctu dolorem cinguli adinstar ventrem ambientem sensit; circa finem autem paroxysmi ventris tumorem habet. Putat Cl. Sylv. circa finem febris aliquam pituitæ viscidæ partem in flatu jam abire.

14. Hesternâ die assumpsit lac dulce, unde tormina in ventre sensit, quæ deducenda sunt à lacte coagalato, uti hoc in melancholicis fit, qualis & hic æger est.

NB.

NB. In lactis coagulatione pars butyrosa cum caseosa jungitur, serosa verò separatur. Idcirco lac coagulatum per salia volatilia & plantas aromaticas similiaque medicamenta, quale est sequi corrigitur.

℞. *Aqu. Menth.*
Puleg. ana. ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥iſſ.
Syr. de Fœnic. ℥ij.
M. assumatur Cochleatim.

CASUS CXII.

9. Maji. **V**ir quidam conqueritur adhuc de gravitate totius corporis, imprimis autem artuum inferiorum; alvus semper adstricta est, nisi adhibitis medicamentis laxior datur.

CASUS CXIII.

9. Maji. **F**œminæ cuidam circa vesperam venter intumescit; alvus est adstricta; in regione ventriculi compunctiones sentit sub costis; nausea subinde adest; sapor amarus horis matutinis in ore, & tunc incallescit; manè circa regionem renalem sentit dolorem, qui antrotrorsum vergit, nauseamque excitat; calore accedente melius se habet, & tum aliquid quasi fauces comprehendit; nullum frigus sentit.

EXPLICATIO.

Malum hoc species est affectionis hypochondriacæ, & pituita viscida & stiptica hic peccat, & illa imprimis ratione visciditatis; bilis autem peccat, quod non possit pertransire pituitam, ut magis vires suas exerat.

CASUS CXIV.

9. Maji. **F**œmina quædam quæ hætenus scrophulis laboravit, indies jam pejor habet, & scrophulæ indies excrescunt & duriores fiunt, & subinde suffocatio uterina eam infestat.

10. Maji. Hodie dolores ingentes circa lumbos sentit, ut partes quasi dilacerari videantur; ut igitur magis incidatur & attenuetur pituita vi-

scida in glandulis hærens, de sequentibus pilulis cras manè quinque assumat.

℞. *Gumm. Galban. c. acet. pp. ℥ſſ.*
Chalyb. pp.
Mastich. el. ana. ℥j.
Carabes albiss. Gr. xv.
Myrrh. Rub.
Castor. ana. Gr. XII.
Croc. Britannic. Gr. VIII.
Trochisc. Albandal.
Resin. Falapp.
Scammon. ana. ℥j.
Ol. Gran. Junip. Gutt. vi.
M. f. a. ℥ f. Pilul. No. L.

12. Maji. Quinque dejecit à pilulis, & quidem magnâ copiâ; antehac pilul. assumit, illas tamen non tam potenter operatas esse testatur, sed doloribus totius corporis affligitur, ut & capitis dolore tumores scrophularum majores sunt, quam unquam fuere.

19. Maji. Conquesta est de dolore lancinante & pungente capitis, in parte imprimis anteriore; dolorem sentit in lumbis; assumit de pilulis, à quibus ter dejecit.

1. Junii. Hætenus mediocriter se habuit; pilulis subinde usa est; scrophulæ in sinistra colli parte penè curatæ sunt, non item in parte dextrâ, hodie 23. Jun. conquesta est de summâ capitis gravitate, quam per aliquot dies sentit; non rejecit phlegmata per os, sed in faucibus materiam hædere refert.

℞. *Fol. Majoran. recent. P. j.*

Aliquot folia terantur, & naribus indantur.

CASUS CXV.

Mulier quædam quartanâ hætenus laboravit, & quidem per 8. septimanas; paroxysmus cum calore ingruit, qui sentitur in lumbis, & semper ferè calor adest, nullum autem frigus; cum febris discedit, venter inflatur; molestissimè tussit; calor, cum ingruit paroxysmus, in lumbis incipit, & in hypochondrio dextro aliquando commoratur, desinit demum in sinistro; durat autem paroxysmus per 12. horas, in quo tussis valde molesta est, eaque ficca, horis matutinis hæmorrhagiam narium satis largam patitur; in principio hydrope laboravit, & in sinistro hypochondrio apostema habuit; febre discedente totum corpus sudore diffluit; alvus adstricta est; sequenti die post

post paroxysmum tumor ventris illam infestat.
Præscriptum est sequ. Decoctum.

℞. Rad. Levistic.
Apii. ana. ℥j.
Sem. filer. montan.
Dauci. ana. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥i℥.
Coqu. ex aqu. pur. ad Colatur. ℥xxx. quibus
add.
Syr. de Helleb. Nigr. ℥iij.
Tinct. Cinamom. ℥℥.
M.

De hoc Decoct. bis terve in die haustulum
assumat.

C A S U S C X V I.

Mulier quædam per longum tempus valetudi-
naria fuit, unde corpus planè emaciatum;
phlegmata ejicit multa, magis purulenta quàm
viscida; aphtis quoque per aliquot dies laboravit,
& valdè debilis est, ardorem summum in fauci-
bus sentit & valdè tuffit, Phlegmata illa purulen-
ta exulcerationem pulmonum arguunt, & phtysi
hanc foeminam laborare certum est, quia autem
de aphtis valdè conquesta, de sequ. utatur me-
dicamento.

℞. Aq. Hord. ℥ij.
Syr. Viol. simpl. ℥i℥.
Lap. Prunell. ℥℥.
M.

Obiit.

C A S U S C X V I I.

II. Maji. **M**ulier quædam per longum tem-
pus laboravit ex ulcere colli ve-
ficæ; unde urinam cum summâ difficultate & sum-
mis doloribus emittit, itaque de sequ. mixturâ
subinde cochleatim assumat.

℞. Aqu. Petrosel.
Fœnic. ana. ℥i℥.
Acet. Stillat. ℥℥.
Tinct. Cinamom. ℥iij.
Antimon. Diaphor. ℥j.
Laud. Opiat. Gr. iij.
Syr. de Fœnic. ℥j.
M.

℞. Mass. Pil. de Cynogloss. ℥j.
Form. Pilul. No. LX.
Sumat. subinde j.

Ab assumptis pilul. semper sentit levamen.

C A S U S C X V I I I.

9. Maji. **M**ulier de summo ventris dolore in
dextro hypochondrio conquesta
est, in cujus auxilium sequ. Mixtura est præscr.

℞. Aqu. Fœnic. ℥ij.
Tberiacal. simpl. ℥℥.
Acet. Stillat. ℥vj.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Laud. Opiat. Gr. ij.
Syr. quinq. Rad. ℥vj.
M.

Quinques in die sumat cochl. j.

C A S U S C X I X.

9. Maji. **A**n te quadriennium ancilla labora-
vit febre erraticâ, ex quâ restitu-
ta est, & ante 14. dies incidit in febrem quarta-
nam, frigus ingruente paroxysmo ipsi non est mo-
lestum, magis autem calor.

C A S U S C X X.

9. Maji. **M**ulier quædam cum valdè caleret
se frigido exposuit aëri, eadem
calefacta subito frigus passa est, inde malè se
habuit, & colli glandulæ tument, præscripta est
mixtura.

II. Maji. Melius se habet, sed die 12. con-
questa est de mensium fluxu, qui typum non ser-
vat, & fluxus est diminutus & rarior, ut autem
sanguis magis disponatur, & ad fluxum illum na-
turalem promovendum de sequ. decoct. fingulis die-
bus haustum assumat, & continuet in illo assu-
mendo, donec illud absolverit.

℞. Rad. Angelic. ℥j.
Levistic. ℥℥.
Spic. Nard. Indic.
Schœnanth. ana ℥℥.
Fol. majoran.
Puleg.
Arthemis. Rubr.

Sabin. ana. Mj.
Sem. dauc.
Anis.
Cinamom. acut. ana. ℥ij.
Baccar. Junip. ℥j.
Coqu. f. a. ex aqu. pur. ad colat. ℥xxx.
add.
Syr. de Artemis. ℥ij.
Spir. Vin. rectific. ℥ij.
M.

CASUS CXXI.

8. Maji. **M**ulier quædam per aliquot dies febre ardente laboravit, & gravi capitis dolore; præscripta est Mixtura cum Laud.

10. Non melius se habuit, ab assumptâ mixturâ, sed ardorem in oculis percipit, alvus feignior est; cras assumat haustum cholagogum.

11. Maji. Paulò melius se habet hodiè, ardor non tantus amplius est in oculis, nec dolor capitis; commodè ab assumpto haustu purgante alvum depofuit, tumor tamen in crure adhuc illam molestat, & videtur humorem non solum ex parte beneficio medicamenti eductum, sed & magis versus illas partes motum.

CASUS CXXII.

9. Maji. **M**ulier quædam, quæ ante 9. septimanas foetum enixa est, 14. dies post tempus illud exclusionis tumorem & dolorem cruris sentit; tumor est œdematosus, & mulier subinde febricitat. Hoc malum nonnunquam circa pauperulas contingit, quando non benè ab obstetricibus tractantur circa partum.

NB. In puerperis leniter procedendum, & talia, quæ humorem peccantem temperant, imprimis verò roborantia adhibenda.

Hactenus pessimè habuit, hodiè 20. sua mala paululum referre potuit, nempe secundinas nondum esse exclusas, itaque assumat haustum decoct. Casu LXI. præscript. quod ad menses & secundinas expellendas est egregium. Obiit.

CASUS CXXIII.

9. Maji. **F**œmina quædam per aliquot septimanas subinde febricitavit; cum

ingruit paroxysmus, frigus sentit in lumbis, quod durat per horam, calor autem qui subsequitur, per 3. hor. tussit, quamdiu febricitat; in calore nonnunquam delirat; jam per 2. dies copiosè sudavit, ex summo animi mœrore morbum sibi contraxisse facta est.

CASUS CXXIV.

10. Maji. **M**ulier quædam per aliquod tempus febricitavit, frigus primò sentit in lumbis, quod dehinc per totum corpus est dispersum; frigus per semihoram duravit, calor autem per 2. hor. & in calore deliravit, febris autem hæc fuit quotidiana intermittens; per aliquot autem dies febris valdè declinavit, attamen aliquot ejus adsunt vestigia, alvus non satis respondet.

Quia autem malum hoc penè superatum est, tamen ut humores magis corrigantur & educantur, citiusque promoveantur, de sequ. decoct. singulis diebus manè bonum haustum assumat.

R. Herb. Taraxac.
Cichor.
Fumar.
Fœnic.
Bethonic. ana. M. j.
Tamarind. ℥ij.
Coqu. ex aqu. pur. add.
Syr. de Rhabarb. simpl. ℥ijss.
Misc.

CASUS CXXV.

10. Maji. **M**ulier quædam per 22. septimanas fluxum mensium non habuit, dolor in utroque ventris latere, venterque turgidus fuit, ante 6. septimanas in summam pedum debilitatem incidit, qui subinde tument, subinde autem detument; ardor in interioribus frigus in exterioribus viget; antequam in hoc pedum malum incidit, quoties per urbem ambularet, vehementissimè tremebat, & post in illud pedum malum incidit; purgantia quoque circa idem tempus fuere adhibita, nullo tamen cum levamine; antè 7. menses animi mœrore affecta est, quem supra dicta mala sunt secuta, præterea imprimis circa regionem lumborum summum sentit ardorem. Malum hoc ad affectionem hypochondriacam refertur.

Tumor ventris à flatibus; tremor autem à pituitâ acidâ, uterque igitur humor hic corrigi debet.

i

12. Maji.

12. Maji. Maxime conqueritur de difficultate & dolore in urinâ reddendâ ; urinam omnem non potest commodè excernere ; arenulâ in fundo urinalis observantur, itaque de sequ. Mixture Cochleatim subinde assumat.

R. *Aq. Petrosel.* ℥ij.
Fenic. ℥j.
Spir. Vin. Redif. ℥x.
Salis Redif. Gut. XII.
Laud. Opiat. Gr. iij.
Syr. quinq. Rad. ℥j.
Misc.

25. Maji. Alvus segnior, nec à pilul. foetid. No. 5. dejecit; venter magis intumescit, & per 6. menses menstrua non habuit; facies valdè formosa, & faciei alicujus ægrotæ minimè similis; quia autem cautè cum iis procedendum, in quibus menses subsistunt, sæpius enim fucus latet, cum virgines de subsistentiâ mensium conqueruntur, de sequ. decoct. bis terve in die haustum assumat, donec sequatur dejectio.

R. *Rad. Apii.* ℥j.
Levistic. ℥℥.
Fol. Majoran. M. j.
Pulv. Rad. Jalap. ℥i℥.
Tart. Crud. ℥ij.
Coqu. ex aqu. pur. in col. ℥xxx. *dissolu.*
Syrup. de Rhabarb. simplic.
Helleb. Nigr. ana. ℥i℥.

12. Junii. A decocto venter, qui aliàs adstrictus, jam satis respondet, & menses, qui per 25. septimanas non fluxerunt, heri fluere cœperunt.

14. Junii. De pedum tumore conquesta est, bis dejecit.

R. *Rad. Angelic.* ℥℥.
Fol. Sabin.
Matricar.
Puleg.
Arthemif. Rubr.
Majoran.
Flor. Chamomill. Rom.
Sambuc. ana. M. j.
Sem. Cumin.
Dauci.
Urtic. Rom. ana. ℥℥.
Baccar. Laur. ℥j.
Concis. & contus. gross. mod. dentur ad chart.
pro fotu pedum, coqu. ex aqu. pur. aut
cerevis. tenui.

CASUS CXXVI.

10. Maji. **M**ulier quædam per annum ferè se malè habet, inprimis in sinistro hypochondrio, ubi dolores sensit, jam autem de eodem dolore eodem in loco perseverante conqueritur, & dolor vergit jam à sinistro hypochondrio ad lumborum regionem, & ita ad dextrum hypochondrium. Duabus aut tribus horis post assumptum cibum pejus se habet, & cardialgiam patitur, ubi cor angitur, sudor erumpit, & quando ita angitur, cogitur surgere & ambulare, aliàs pessimè se habet, corpus interdum inflatur, appetitus satis bonus; sitis non multum illam infestat, menses non commodè fluent. Omnia hæc symptomata arguunt affectionem hypochondriacam; ut igitur humores temperentur, mixtura præscripta est, & decoct. incidens & attenuans pituitam viscidam, eamque evacuat.

12. Maji. Dejecit quidem, sed nullum levamen sensit, dolores intolerabiles illam urgent, qui tanti, ut difficulter contactum vestimentorum ferre possit, (quod nonnunquam & ut plurimum fit in Colicâ passione,) omnia enim contorqueri in ventre inprimis circa umbilicum ipsi videntur; flatus adsunt, qui tendunt sursum non deorsum, itaque necessum est, ut exhibeatur medicamentum quod dolores sedet, flatusque discutiat.

Flatus ipsam hætenus valdè urserant, unde venter sæpius tumuit, sed per convenientia remedia est restituta ad pristinam valetudinem.

CASUS CXXVII.

10. Maji. **M**ulier quædam conqueritur de continuo dolore in sinistro hypochondrio, & circa regionem ventriculi, & in regione lumbari; in dextro quoque hypochondrio tale malum sentit, ut & ardorem, dolores autem noctu sunt graviores, unde non potest quiescere; nausea illam molestat, antehac vermes per superiora & inferiora se excrevisse retulit.

Hic peccat uterque humor, bilis scilicet & pituita, primariò tamen pituita, quæ viscidior est; necesse autem est, ut ad æstum bilis temperantia & incidentia humores viscidos accedamus, ut ad educationem possint deduci.

11. Maji. Valdè nauseabunda est, & inclinata ad vomitum, non autem potest pervenire ad illum, igitur cras sequ. Vomitor. assumat.

R. *Oxy-*

R. Oxymel. vomitiv. ℥iij.
 Aqu. Mentb. ℥iij.
 Misc.

12. Maji. Multa biliosa evomit, dolorem sentit in dextro hypochondrio & lumbis, deinde quoque circa regionem ventriculi; cibum statim evomit, postquam illum assumpsit, potum autem non item; itaque necesse est, ut bilis temperetur, & ejus acrimonia emendetur. Post assumptum cinamomum non amplius vomit, sed melius se habuit. Post assumptum sem. Zedoar. ℥iij. duos vermes excrevit.

29. Maji. Omnia quæ assumit, evomit iterum, & conqueritur de angustia circa præcordia; quæ evomit, fuerant amara, & paululum viscida; per 12. septimanas non experta est mensis, sentit nonnunquam quasi aliquid ad fauces assurgeret, illasque constringeret; hodiè cum tria tantum appeteret pruna Damascena, quæ ipsi suppeditata sunt, ipsisque assumptis vomitus cessavit.

30. Maji. Febrem sensit, sed calor & frigus fuere fatis levia.

CASUS CXXVIII.

10. Maji. **V**ir quidam per 4. septimanas male se habuit, & diarrhæam per illud tempus passus est, unde valdè debilitatus; affligitur quoque tussi, unde non potest noctu quiescere; appetitus est prostratus, quoties aliquid assumere conatur, nauseat; frigus passus est, in dextro crure, exinde pes affectus & demum os ischii. Materiam catarrhosam hic peccare certum est, qualis autem illa sit, ex sequentibus adhuc dicendis patebit, interim quoad curationem commodissimum est adhibere medicamenta, quæ discutiant materiam peccantem, & impediunt largiorem alvi fluxum.

R. Rad. Petasid. ℥j.
 Rasur. C. C. ℥iij.
 Baccar. Junip. ℥ij.
 Fol. Card. Bened. M. j.
 Coqu. in s. q. aqu. ad Colat. ℥xx. add.
 Syrup. Card. Bened. ℥ij.
 Aqu. Theriacal. simpl. ℥j.
 Misc.

14. Maji. De immobilitate dextri cruris conquestus hodiè illud commodius movere potuit; tussit valdè, & post longam tussim materiam spumosa & viscida excernit; spumosa autem fi-

unt partim ex conuassatione & nisu illo in tussi, partim ab aëre admixto sputis serosis, & quando materia valdè tenuis & acris, tunc in delicatioribus Sacch. Alth. & Pilul. de Cynogloss. ad incidendum autem materiam viscidam Troch. Becthic. Alb. si utrumque concurrat, vel si adest materia viscida & tenuis, inspissantia & incidentia permisceantur. Obiit.

Annotata ex dissectione ipsius cadaveris.

Pinguedo in abdomine planè erat absumta; Omentum planè fursum erat tractum, & solummodò tegebat intestinum colon; intestina tenuia autem erant omento destituta. Parum aquæ ad ℔ss. aut ℥viiij. tamen in cavitate abdominis reperiuntur. Intestina flatibus erant distenta. Ventriculi orificium superius quasi excoriatum erat, & valdè rubebat. Liquor in ventriculo continebatur, cui aliquid ramentosi innatabat, uti in aphtis observatur.

Hepar colore flavo externè penitus erat tinctum. Vesicula fellis admodum parva erat, & parum admodum bilis in eâ cernebatur. In intestino tenui, ubi inseruntur ductus bilarius & pancreaticus levis excoriatio erat facta. Pancreas admodum flaccidum erat. In dextrâ pectoris cavitate multa aqua reperiatur cruenta. Dexter pulmonis lobus pessimè se habebat, & longè durior erat sinistro; quatuor aut quinque foramina observabantur in dextro, ex quibus pus effluebat; in parte ejusdem lobi superiore apostematâ deprehendebantur. Sinister pulmonis lobus parte superiori firmiter adhærebat pleuræ, & parte inferiore diaphragmati. In sinistro pectoris latere membrana pleura dicta etiam corrupta erat & excoriata. Lobus pulmonis dexter ubi attigerat diaphragma, eique adhæserat, illo in loco excoriatum erat. Cor firmissimè adhærebat pericardio, & opus habuit vi, quò à pericardio separaretur, eoque separato deprehendebatur plana ejus excoriatio (hoc contingit ab acrimoniâ humoris, qui excoriat partes, facitque eas cum aliis facilius coherere) Cor admodum parvum erat & flaccidum. Interna cordis substantia præter naturam pallebat. Vasa cerebri posteriora sanguine admodum turgebant, anteriora etiam, sed nullus sanguis in illis erat. Cerebri substantia aliàs benè se habebat.

CASUS CXXIX.

Vir quidam tussi admodum angitur, & nihil potest tussiendo excernere, unde valdè difficulter respirat, assumpsit mixturam sed exinde nullum levamen sentit, quotidie febricitat; cum in-

vadit paroxysmus, frigus sentit, primò in pedibus, deinde in lumbis; post prandium statim ingruit paroxysmus, & cum per semihoram frigus duravit, incidit æger in somnum, & ex eo expergefactus, fummo sudore corpus ejus est diffusum; respiratio valdè difficilis est, pulsus frequens; sitis maxima eaque continua & summa linguæ ariditas.

16. & 17. Maji. Post assumtum lac dulce dolorem lancinantem & pungentem in sinistro hypochondrio sensit, & causa est lac, quod coagulatur & in flatus mutatur; quæ ejicit, acriora sunt & calida, à bile quæ deorsum vergit, quod bonum est signum. Melancholicis lac non conducit, quia in illis abit in coagulum.

17. Dolor per totum abdomen; lingua arida; dolor est instar cinguli corpus ambiens, dolor etiam assurgit versus dextram papillam; summa oris amaritudo; phlegmata tenacissima & viscidissima, tussis molesta est, quod fit ab hepate, quod in motu tussis attollitur, intestinaque premit; facile in aphtas incidere posset; quicquid viscidum est, à pituità habet ipsa bilis quando viscida est; dolor ille, qui cinguli instar corpus ambit, in intestinis est, dolor in papillà ab effervescentiâ, in quâ aliquid attollitur, & ad illas partes deferitur; vel quia illæ partes facile refrigerantur, pejus se habent.

18. Dolor ventris cessat; jam à jugulo usque ad inguen sinistri lateris dolorem sentit; oris amaritudo adhuc perseverat; alvi fluxus durat & linguæ ficitas; ad alvi fluxum extinguitur ferum candens in cerevisiâ, quæ ipsi exhibetur.

19. Tussit adhuc, & dolor totius lateris noctu abiit, sed alius dolor subito accessit, circa insertionem ductus bilarii; lingua adhuc arida est.

22. & 23. Conquestus est de summâ linguæ ariditate, ut & de ingenti siti; os amaricat; nec calorem nec frigus notabile sentit; lingua quoque livido colore tincta est; ariditas autem linguæ dependet partim à biliosis halitibus, qui ad os deferuntur, quod patet ex oris amaritudine, bilis enim quoad sal lixiviosum quod in eâ est, vim ficcandi habet; partim quoque à causâ externâ linguæ ficitas deduci potest, quia æger hic semper aperto ore, quamdiu ægotavit, respirationem duxit; ratio autem est, quod ægri aliqui aperto ore respirent, quia aër per nares inspiratus non sufficit ad inspirationem, propterea aperto ore ducere quoque debent spiritum; hoc quoque locum habet in iis, quibus nares sunt obstructæ, à quacunque causâ etiam id proveniat. Lividitas linguæ etiam à bile est, nihil enim est in corpore nostro, quod magis tingat aliquid, quàm bilis. Ad ariditatem linguæ præstantissimum est Decoct. Fol. Semperviv. Maj. Solan. Sem. Aquileg. Semperviv. autem prævalet,

& sufficit vel succus expressus, vel Fol. semperviv. Maj. à quo suprema pellicula est abstracta, quod folium dehinc linguæ imponitur; præstantissimum quoque est sequi medicamentum.

R. Succ. Semperviv. ℥iij.

Syr. Viol. simpl. ℥j.

M. f. linctus, de quo sapissime lingat.

3. Junii. Hodie multa phlegmata purulenta partim tussiendo, partim vomendo excrevit; & si quis præcedentia Symptomata in hoc ægro probe observaverit, inflammationem in pulmonibus adfuisse probabiliter concludet; valdè debilis est, & difficulter admodum respirat; in natibus tumorem quasi in principio fientis gangrænæ observari solet, natesque sensim rubere incipiunt, cui tumori applicetur empl. diapalm. præterea ad expectorationem materiæ purulentæ de sequi. Decoct. subinde assumat haustum.

R. Rad. Liquirit. Raf. ℥℥

Fol. Tussilag.

Kiolar. ana. M. j.

Heder. Terr. M. ij.

Passul. Maj. Mundat. ℥ij.

Coq. ex aqu. pur. ad Colatur. ℥xxx. add.

Syrup. Jujubim. ℥j.

NB. Omnia antimonialia in phthisi profunt, si modo ritè parentur, & paucâ quantitate exhibentur, inprimis si vires robustæ satis sunt; in hoc autem ægro talia adhibere inconveniens foret, ob summam ejus debilitatem.

4. Junii. Vomuit purulenta, & valdè debilis est.

5. Obiit.

Annotata ex ejus Sectione.

Pinguedo in abdomine planè consumta erat. Primo intuitu intestinorum detracto omento intestinum colon planè obliquo ductu ab ossè coxendicis versus ventriculum transferebatur. Omnia intestina flatibus erant distenta, inprimis autem ipsum intestinum Colon; intestina tenuia valdè rubebant, purpureumque colorem habebant; quem tam immense rubrum in inflammatis intestinis nunquam observavit Cl. Sylvius, sed potius notavit colorem ex rubro nigrescentem. Intestina quæ in profundo hærebant, magis rubebant, quàm quæ in patulo sita erant, & ratio hæc est, quia hic mortuus, cum adhuc in vivis decumberet, multum potum assumfit, inde per materiam potulentam id quod effervesfactum in intestino illo temperatum qui-

quidem est, sed ad alia intestina tenuia scil. pro-
pulsam ibique hærens & aliis humoribus corrup-
tis occurrens majorem corrosionem & inflamma-
tionem instituit. Ventriculus valde ad latus dex-
trum inclinabat. Epar admodum flaccidum erat.
Lien longè durioris substantiæ quàm epar.

Multum bilis in folliculo fellis continebatur, &
quas attigerat partes folliculus fellis, illæ flavebant
valde, quod fit à bilis acrimoniâ. Fibræ in intesti-
nis valde rigidæ erant, & beneficio illarum motum
peristalticum fieri judicat Cl. Sylv. Mesenterium
tantillum erat membranofum, & omni pinguedine
destitutum intestinum tenue, quod sub mesenterio
fertur, & in quod inferuntur duo illi ductus, pan-
creaticus nempe & bilarius internâ substantiâ suâ
cruentum erat, & partes ejus abraas, inprimis il-
lo in loco, ubi est egressus istorum ductuum; cru-
entum autem erat usque ad ventriculi orificium in-
ferius. Ventriculi rugæ à materiâ fœdâ & nigrican-
te planè erant oblitteratæ. Pancreas admodum la-
xum erat, & immisso tubulo in ductum pancrea-
tis totum pancreas cum omnibus vasis attolleba-
tur, nec non vasa innumerabilia in ejus superficie.
NB. Quinque vix digitos transversos distat in-
sertio utrorumque ductuum, à ventriculi orificio
inferiori in intestino. Pulmones in utroque late-
re adhærebant pleuræ, magis tamen in sinistro,
ubi tanta erat adhæsiō, ut summa cum difficultate
facta est separatio inprimis circa costam 6. &
7. legitimam, inter diaphragma, pulmonem &
pleuram materia purulenta ac fœda hærebat, ma-
gnâ satis quantitate & ultrâ pintam j. exhaurie-
batur. Dexter pulmonis lobo inferior planè à
materiâ illâ purulenta consumptus erat, nec ve-
stigia illius apparebant. Diaphragmatis substân-
tiâ illâ in parte incipiebat corrumpi ab acrimo-
niâ puris. In sinistro pulmonis lobo apostema
erat, & aliquid materiæ purulentæ exhauriebatur,
qualis hic mortuus in vitâ suâ & quidem paucos
dies ante mortem magnâ satis quantitate tussiendo
excrevit. Ubi erat apostema in lobo sinistro scil.
inferiori, ibi etiam observabatur corruptio istius
lobi. Ex cavitate thoracis sinistra parte exhaurie-
batur aqua cruenta, colorem vini rubelli referens,
qualis aqua quoque bonâ quantitate continebatur
in ipso pericardio. Cor admodum flaccidum erat,
omnique sanguine vacuum, in reliquis quoque va-
sis nullus planè observabatur sanguis; pulmones
admodum turgidi erant, & tamen nulla durities
in illis observabatur. Diaphragma costis nothis
& extremis adhærebat; Dura mater firmissimè
adhærebat cranio. Vasa cerebri sanguine admo-
dum turgebant; aliâs nihil in cerebro notabile
observabatur.

CASUS CXXX.

10. Maji. **V**ir quidam febricitat, & quidem fe-
bre tertianâ, quâ laboravit per to-
tam hyemen; frigus per horam, calor per semi-
hor. durat; frigus sentit in ventre; in frigore quo-
que magis fitit, quàm in calore, alvus est adstri-
cta. Pituitam viscidam vergentem ad falsedinem
peccare putat Cl. Sylv. itaque decoctum incidens
præscripsit.

CASUS CXXXI.

11. Maji. **M**ulier quædam per longum tem-
pus scorbuto oris laboravit, &
manè materiam admodum viscidam ejicit summâ
cum difficultate; siccitas gutturis adest. Ad oris
collationem.

R. Rad. Bistort. ℥ij.
Fol. Salv.
Flor. Rosar. rubr. ana. M. j.
Sem. Levistic. ℥j.
Alum. crud. ℥iij.
Coq. s. a. ex. aq. pur. in Collat. ℥xvj.
dissolv.
Mell. Rosar. ℥j.
Acet. Vin. potent. ℥iij.
Misc. f. Gargarismus.

Ad phlegmata crassa & viscida commodius dis-
solvenda.

R. Aq. Hyssop. ℥ij.
Fenic. ℥j.
Acet. dest. ℥vj.
Spir. Vin. redif. ℥iij.
Ocul. Cancr. ℥℥.
Syr. quinq. Rad. ℥j.
Misc.

Assumat Cochleatim.

14. Maji. De summo æstu in faucibus conque-
sta fuit; aphtis quàm plurimis obducta est lingua;
de sequ. decocto subinde assumat haustum.

R. Rad. Alth. ℥ij.
Fol. Malv.
Semperviv. Maj. ana. M. j.

i 3

Rasur.

Rasur. C C. ni anilr
 Semen. Aquileg. ana. ℥ij.
 Coqu. ex aqu. pur. ad Colat. ℥xxx. add.
 Syrup. Viol. simpl. ℥ij.
 Misc.

CASUS CXXXII.

V Ir quidam sexagenarius hactenus de difficili respiratione conquestus nulla medicamenta in sui auxilium assumere voluit, cum autem jam debili & mortem metuens sit, petit remed. quod est sequ.

℞. Aq. Hyssop.
 Fenic. ana. ℥j.
 Acet. stillat. ℥vj.
 Tinct. Cinamom. ℥iij.
 Ocul. Cancr. ℥ss.
 Syr. quinq. Rad. ℥j.
 Misc.

13. Maji. Postquam assumpsit medicamentum de die in diem commodius respirat, noctu autem gravior est anhelatio; vesperi venter tumet & distenditur; assumpto alimento per 3. horas pejus habet, unde cibum non assumit, quamvis fames urgeat ipsum; per biduum non dejecit.

19. Hâc nocte benè habuit, sed hodiè post meridiem anhelatio de novo illum infestavit ob defectum medicamenti; retulit enim si ad manus semper haberet medicamentum suprâ præscript. melius se habere; appetitus est prostratus, appetit & quidem sapè hoc vel illud edulii genus, sed quando ipsi offertur, ab illo abhorret. NB. Semel biduo tantum dejecit, & de pedum dolore conqueritur; non potest incedere, nisi ab alio ducatur.

28. Maji. Hac nocte pejus habuit; pulsus valdè debilis est; phlegmata foeda & cruenta excernit.

4. Junii. Obiit.

Annotata ex Sectione Cadaveris ejus.

Diffectis abdominis musculis humiditas in ipsis observabatur; imprimis inter musculos & peritonæum. Pinguedo planè consumta erat; nullum omentum, quod intestina tegetet, observabatur, sed omne sursum tractum erat ad ventriculum, eratque foedi coloris; omenti pinguedo erat fusca. Aqua multa in abdomine continebatur colore flavo, sapore subamaro & paululum acido. Intestina tenuia flatibus admodum turgebant, imprimis illud intestinum in quod inferuntur ductus bilarius & pan-

creaticus. Inflato ductu pancreatico intumescabant penè omnia mesenterii vasa.

NB. Intestinum Colon mediantibus aliquot membranulis firmiter annexum erat vesiculæ biliaræ, an per illas membranulas aliquid bilis transfunderet ad intestinum colon, illudque ad deponenda excrementa irritet, non est negandum. Pancreas valdè flaccidum erat; Ventrilus penitus occupabat latus sinistrum & in medio contortus erat, ita ut quasi duplex videretur, flatibusque erat distentus. Epar obscuriorem habebat colorem, quàm debebat naturaliter, & planè situm erat in latere dextro, nec ullo modo uti naturaliter debet, inclinabat ad latus sinistrum.

Pulmonis dexter lobus ut & sinister erant obscurioris & subfusci coloris, qualis observari solet in suffocatis & strangulatis. Diffecto sinistro lobo multum effluebat sanguinis, & apparebant initia inflammationis, ex dextro lobo diffecto etiam aliquid sanguinis effluebat, sed non in tantâ quantitate. Cor valdè inclinabat ad latus sinistrum, & valdè magnum erat, quantum Cl. Sylvius non observavit, cum tamen 250. cadavera disseccisset. Cordis ventriculi & auriculæ valdè repletæ erant sanguine, hinc si tantâ copiâ non potest propelli, pulsus debilis est, & vix sensibilis. Substantia cordis admodum flaccida erat, cum tamen debebat esse admodum dura, & sine ullo labore à vasibus separabatur. Mediastinum cruenti erat coloris, quod naturaliter album referre debet. Propter temporis angustiam nihil amplius poterat examinari.

CASUS CXXXIV.

10. Maji. **V** Ir quidam sub hypochondrio sensit punctiones per tempus aliquod subinde remittentes, subinde iterum accedentes; non commodè sternutat; per totam noctem sudat; Medicus judicavit esse pleuritidem, cum tamen neque tussiat, neque alia pleuritidi convenientia symptomata sentiat; & ideo sanguinem per V. S. extrahi curavit, unde malum quidem quodammodo mitigatum. Malum autem magis sedem in ventre aut potius intestinis habet; murmura sentit; flatu peccant, ut & bilis & pituita; longè magis tamen pituita quàm bilis; flatuum igitur generatio hic impediri debet, & flatu producti discutiti.

Medicamentum ergò conveniens pituitam viscidam incidens & leviter evacuens præscriptum est. Febris ipsi supervenit, à quâ curatus est.

CASUS CXXXV.

Vir quidam olim ictero laboravit, & quidem per 3. septimanas; appetitus est prostratus, & in ore amaritudinem sentit.

*R. Elect. hydragog. ℥b,
 & Succ. Rosar ℥ij.
 Conserv. Ros. Pallid. ℥j.
 Crem. Tartari ℥j.
 M. f. Conditum.*

Sumat pro lubitu ad quantitatem nuc. moschat. ut alvus laxior fervetur.

CASUS CXXXVI.

Vir quidam cum valde incaluerit, frigori se exposuit, unde in febrem quotidianam continuam incidit, quæ febris plane erratica facta est; mox enim tertio, mox quarto die invadit, in ipsa febre capitis dolor adest, & sitis; nullum frigus sentit, sed tantum calorem. Prescripta est mixtura.

18. Maji. Heri habuit febrem, calorque gravior fuit, duravit per totam noctem; dolor in sinistro hypochondrio permanet, quando respirat profundius dolor augetur; abdomen tensum est; sentit rugitus & flatus in ventre, quibus emissis melius habet; quando autem nullos emittit flatus, pejus habet, & respiratio difficilis est à majori effervescentia facta. Dolor in intestino est, quia ibi nulla alia pars est, quæ sedes ejus doloris esse possit; præterea tensio istius loci idem confirmat. NB. Loco acet. stillat. spiritus nitri ad flatus detentios admisceri potest.

25. Bene se habuit, nisi quod de surditate & sibilo aurium inprimis sinistrae conquestus est, quæ subinde recurrunt; nihil autem præstantius est, quam si sumatur panis albus adhuc calidus admodum, dissectus in duas partes, Spir. Vin. madefactus & applicatus.

CASUS CXXXVII.

14. Maji. **F**œmina quædam ex opere suo valde calefacta aëri frigido se exposuit & male habere cœpit, unde purgatio menstrua non tam commode processit, uti debuisset; sensit præterea internum calorem valde urentem,

externè autem nullus in partibus notatur, pulsus non aded frequens est; assumit quidem purgans, sed irritò cum successu.

CASUS CXXXVIII.

6. Maji. **M**ulier quædam, quæ phlegmata spumosa ac viscida ejicit, seq. condit. assumere debet.

*R. Conserv. Rosar. pallid. ℥j.
 Elect. & succ. Rosar. ℥b.
 Rad. Jalapp. ℥b.
 Crem. Tartari ℥ij.
 M.*

Assumat subinde ad quantitatem nuc. moschat.

CASUS CXXXIX.

18. Maji. **M**ulier quædam conqueritur de dolore in sinistro hypochondrio, sub costis spuris; appetitus dejectus est; gravatur ab alimentis; nauseat & prona est ad vomitum; alvus adstrictior est; biduo ac triduo semel dejecit; rauco adest, vergit semper hæc ægra ad tristitiam. Quoniam pituita in illa peccat, ad incidendam & educendam eam.

*R. Mass. Pil. fatid. Maj. ℥j.
 Ol. dest. carioph. Gutt. ij.
 M. & f. pilul. No. xv.*

Assumat vesperi, cum lectum petere velit, No. iij. si inde non dejecit, cras iterum iij.

CASUS CXL.

14. Maji. **M**ulier quædam de tumore in pedibus, sine dolore tamen, conqueritur; non habet motum in pedibus, sunt enim debiles, ut vix sustentare possint corpus, alvus est segnior; tumor pedum si prematur digito, nulla manent vestigia.

Quia hæc mulier agit annum 73. & humores serosi & pituitosi in illa abundant, & non negandum, aliquid flatuosi intercurre, de decoct. incidente & evacuante pituitam subinde bonum haustum assumat.

CA-

CASUS CXXI.

Menses ancillæ cuidam diutius suppressæ fuerunt, & inde levis fatuitas, ob vapores per sanguinis circulationem ad caput delatos.

℞. *Aqu. pulg.* ℥iſs.
Theriacal. simpl. ℥℞.
Laud. Opiat. gr. j.
Syrup. stæchad. ℥j.
Misc.

Bis terve in die haustulum assumat.

CASUS CXXII.

Vetula de dolore oculorum conquesta est, itaque sequenti collyrio sæpius lavare debet oculos.

℞. *Aqu. fœnic.*
Rosar. ana ℥j.
Sief. alb. ℥℞.
Vitrioli Alb. gr. ij.
Misc. exactissime.

CASUS CXXIII.

25. Maji. **I**nfans quinque annor. per 3. septimanas febricitavit & quidem primò febre tertianâ intermittente, jam autem duplici tertianâ seu quotidianâ; in ipso paroxysmo frigus per semihoram durat, calor autem ad 4. hor. extenditur, frigus primò in dorso sentit, quod dehinc per totum corpus dispergitur; paroxysmus semper duas postponit horas; tempore frigoris valdè litit; in principio cum primis diebus febricitaret, ex sternutatione incidit in narium hæmorrhagiam, à quo tempore grumosum sanguinem ex faucibus excrevit, tamen nec tussiendo, nec screando; statim cum illâ sanguinis excretionem apparuerunt maculæ purpureæ, quæ jam lividæ factæ sunt & æquant piperis granum; facies tumida & quasi leucophlegmatica; pedes vesperi tumet; alvus laxa; præscriptus est ab alio Medico haustus subinde assumendus, ille tamen nullo cum successu adhibitus est. In malo hoc sanguinis acrimonia peccat, quæ corrigenda est. De sequ. mixturâ quater in die propinetur

infanti cochleare j. & redeunte paroxysmo cochlearia iij.

℞. *Aqu. plantag.* ℥ij.
Theriacal. simpl. ℥℞.
Acet. stillat. ℥iij.
Ocul. Cancr. ℥j.
Sang. dracon. gr. v.
Antimon. diaphor. ℥℞.
Syr. Card. Bened. ℥j.
Misc.

CASUS CXXIV.

Vir quidam ante vesperam per 9. dies malè habere cœpit, & tum caluit, & doluit circa hypochondria & præcordia; os amaricat; & omnia quæ assumit amarum saporem sapiunt; dolor jam gravativus & distendens per totum corpus est dispersus, à quo ipsum caput non est immune; tussit; tussiendo viscida excernit; alvus medio modo se habet; non quiescit; frigus nullum sentit, sed tamen calorem.

Bilis primariò hic peccat, quod facilè satis symptomata demonstrant; pituitam quoque peccare patet ex materiæ viscidæ excretionem, quæ tussiendo rejicitur, ut & dolor gravativus & distendens, & alvus ferè adstricta; ad corrigendos istaque & præparandos humores peccantes præscribatur mixtura consueta. Quia alvus est segnior, præscribatur haustus hydragogus.

4. Junii. A medicamento bis deiecit; conquestus est de lancinationibus in lumbis cum dolore, sed non tantæ fuere, uti prius; sensit murmura; interdum paulò melius habet, quàm vesperi, & noctu lancinationes ipsi videntur ex lumbis ad thoracem assurgere, unde respiratio paulò difficilior & tussis excitatur; utrumque humorem pituitam puta & bilem peccare ex præcedentibus ut & ex præsentibus symptomatibus patet; à pituitâ enim viscidâ flatus, à bile autem æstus excitantur. Hactenus optimè habuit, hodiè die 27. Junii conquestus est de tussi, & de puncturâ in pectore, quando tussit venter tumet, angiturque in ventre; quando inspirat dolor in superiore loco, quando expirat in inferiore pectoris parte sentit. In inspiratione dolet pectus, quia dum abdomen flatibus distensum est, majori vi diaphragma deprimatur, ut impedimenta illa removeat, imprimis in concussione illâ tussis; folliculus fellicis concutitur, bilisque excernitur, quæ flatus generat, unde imprimis in eo loco hypochondrii dolor

lor sentitur. Os sternum non ita sequitur motum diaphragmatis, ut costæ, unde illud magis afficitur, si motus fiat vehementior, & distensio major. Uterque humor peccans corrigendus & evacuandus per conveniens decoct. phlegmagogum nempe.

R. Ung. Martiat.

Ol. d. absynth. ana ʒij.

M. inungat pectus, ubi dolet.

CASUS CXLV.

Vir quidam ex itinere valdè incalescens aëri frigido se exposuit, unde in dolorem totius corporis incidit; alvus satis respondet; febris adest continua.

A corpore calefacto magis moti ac soluti sunt humores in corpore, hinc & pituita magis soluta, & ad habitum corporis delata, à vento autem frigido corpus afficiente coagulata, & in partibus corporis subsistens dolorem totius corporis excitat.

Utatur consueta Cl. Sylv. mixturâ. In omnibus levamen habet; sudat nonnunquam, dum enim adedè calet, & impeditur sudor, quando augeatur; hoc autem fit, quando novus accedit paroxysmus, tunc calor augetur, & impeditur sudor, etsi enim hic æger febre continuâ quoque laboret, tamen continuâ febres suos quoque habent paroxysmos.

21. Deliravit.

25. Dolorem sentit in capite, quando tussit, (dolor fit in tussi, si aër exspiratus & propulsus in cerebrum, id afficit,) heri commodè dejecit, & optimè se habet. Tempore æstivo inprimis spir. volatil. & aqua pereunt, unde Sal lixiviosum & spiritus acidus acriora fiunt in corpore. Fermentatio minor fit æstate, quia aqua deest in corpore; in acidulis Spadanis est spiritus acidus temperatus à Spir. volat.

5. Jun. Multum sanguinis è naribus excrevit, & valdè debilis est.

6. Jun. Obiit.

CASUS CXLVI.

21. Junii. **J**uvenis quidam 21. annos natus, ante 3. menses cum noctu sub tecto decubisset, circa collum sensit frigus cum dolore lancinante, ita ut ab eo tempore adhuc usque

torticollus factus sit; dolor ille scapulis communicatus est, & primò dextro quoque brachio, dehinc sinistro, ut & pedibus, cum summâ motus impotentiâ, ita ut nec incedere, nec stare posset; sed semper decumbere coactus fuerit, nihilque manibus apprehendere potuerit; motus quidem in manibus & pedibus adhuc aliquis est, sed exiguus, & magno labore artus moventur; sensus tamen est exquisitus; pedes nonnunquam sursum trahuntur, & tunc sentit dolorem in scapulis; motis manibus etiam dolorem in scapulis perferentiscit; venter per 8. septimanas tumuit, flatusque multos emisit; pulsus frequens est; alternis diebus magis sitit; alvus satis respondet; appetitus viget; noctu cum somniat, perterretur, aliàs benè dormit. Quæritur, qualis sit affectus, & quæ curandi ratio? Distinguendi sunt affectus, qui in hoc ægro sunt; 1. considerandus ille qui observatur in motus difficultate; & alter, qui spectat febrem ventrisque tumorem. Ab externo frigore caput affectum est, ut & omnes humores in capite contenti. Collum quoque primariò affectum videtur, ex intorsione colli; in collo autem muscoli primariò moventes collum, & nervi qui ex vertebrae transeunt ad artus ab humore viscido ibi hærente nervosque premente, ne pateat liber aditus spirituum animalium ad artus. Scapulas quoque affectas esse patet, quando movet pedes aut brachium, tunc enim sentit dolorem in scapulis. Materia autem circa scapulas hærens habet aliquam in se acrimoniam, hoc patet ex convulsione; pedes enim nonnunquam sursum trahuntur, tuncque nullum dolorem nisi in scapulis sentit. Dehinc corpus abundare pituitâ, non tantum communis victus ratio in hoc ægro suadet, sed & copiosi flatus illud indicant, quos emittit.

Totum sanguinem affectum judicat Cl. Sylv. & hunc ægrum laborare insuper principio hydropis ascitis, cui conjuncti sunt flatus; nec judicandum ascitem nullos flatus habere conjunctos, quod falsum, & contrarium sæpissimè observavit Dominus Sylvius.

Flatus sunt à pituitâ viscidâ; obstructa sunt aliquot vasa lactea, unde ruptio & effusio chyli in cavitatem abdominis, ut ita ascites; à pituitâ quoque febris excitari potest.

CURATIO.

Blandis sudoriferis hic æger est curandus, ab acrioribus autem abstinendum, e. gr. ab usu lign. guajac. id enim ob acrimoniam hic non conducit, sed omnia quæ sale volatili non acriori ab-

k

un-

undant, hic conveniunt, quæ ab Authoribus urinam movere dominatur.

De sequ. decoct. bis terve in die haustum assumat.

*R. Rad. Apii.
Fenic. ana ℥j.
Baccar. Junip. ℥ij.
Sem. jiler. montan.
Urtic. Rom.
Saxifrag. ana ℥ij.
Coqu. ex aqu. pur. ad
Colat. ℥xxx.
add.
Syr. de quinque Rad. ℥ijj.
Spir. Vin. reſiſ. ℥ij.
Misc.*

22. Manum dextram melius movere potuit, ut & collum, quàm heri.

23. Pejus habet quàm heri, caput non potest movere ullo modo, quin doleat maximè collum; febricitavit & deliravit; quòd autem febris major quàm heri & pridè fuerit, causa videtur esse, quia pituita acida à compedibus suis magis liberata, bilisque ei permixta majorem effervescentiam & ita majorem febrem excitavit. Spiritus enim acidus quo magis liber est, & à materiâ viscidâ pituitosâ, in quâ hæret, magis liberatus, calorem quoque producit; nam quòd liberior est, eò majorem producit calorem; hoc observamus, si spiritus acidus exponatur aëri, partes acriores & calidiores avolant, & phlegma manet; quòd si autem spiritus acidus pituita viscidâ adhuc est permixtus, frigus excitat. Affusus spiritus acidus limaturæ Martis majorem excitat effervescentiam, quàm si affundatur Sali Tartari, & ratio hæc est, quia in Marte est aliquid olei. Succus pancreaticus si jungatur bili, & sit acidior ac fluidior, producit bilem æruginosam. Delirium à bile est, omnes enim affectus, in quibus observatur delirium, illi omnes à bile ortum ducunt, & delirium accidit à perturbato motu ipsorum spirituum animalium, ut & ejus impuritate; utile enim est aliquid volatile, quod facillè jungitur spiritibus animalibus, qui etiam sunt volatiles. Diversa possunt ad caput affurgere, quæ faciunt inclinationem ad somnum; quædam etiam quæ lancinatione iterum excitant à somno. Ubi spiritus acidus peccat, ab acidis est abstinendum, & ad contemperandum æstum valdè conducit phlegma Vitrioli & acet. sed non ad acidum superius est ascendum; in phlegmate enim Vitrioli summa leniendi vis, propter spiritus volatiles, & Sulphur vo-

latile; omne phlegma tam Vitrioli, quàm acetum summam habet vim temperandi bilem. Nucha ægri inungatur sequ. linim.

*R. Ol. lumbric.
Vulpin. ana ℥j.
Castor. ℥j.
M.*

In affectis nervis hæc selecta sunt, valdè enim leniunt Ol. lumbric. & vulpin. & Ol. Castor. ob salem volat. roborandi vim habet. Cum adhuc ipsi adflemus, pessimè se habuit, valdeque deliravit, videbaturque ipsi caput funiculis pulvini alligatum esse; pulsus qui ante dimidiam horam compressior fuit, cum in agone versaretur, valdè frequens, liberior & robustior erat, & ita vitam cum morte commutavit.

Annotata ex Sectione Cadaveris ejus.

Abdomen valdè turgebat, pressoque abdomine humor ex naribus effluebat.

Difsecto abdomine aqua spumosa ad aliquot cochlearia effluebat; intestina admodum turgebant flatibus, ut vix sine læsione illorum potuerit aperiri abdomen. Intestina tenuia multâ aquâ erant repleta, flatibusque distenta. Intestinum colon, quod in sinistro latere fertur, & tunc constituit flexum Sigmoidæum, mirè erat distortum, flatibus distentum, & in medio abdominis reliquis intestinis instar C inflexi e gr. C Intestinum colon cum intestinis tenuibus præter naturam cohærebat ventriculo. Liquori, qui in intestinis tenuibus hærebat, quasi ramenta ipsi permixta fuissent, videbatur, nullaque pituita, quæ alias observatur, cum spuma bullisque elevatis, uti solet in effervescentiâ fieri. Ventriculus admodum distentus erat flatibus, & liquoris aliquid in ipso reperiebatur. In mesenterio glandula admodum tumefacta duræque erant, quales in scrophulis solent observari, materiamque Medicis gypseam dictam in se continebant; Externè in collo nihil potuit observari læsum. Vasa sanguinea admodum turgebant sanguine, caroque musculosa admodum flaccida erat. Cutis in collo minoribus glandulis erat infarcta. Indissolubiler fere dura meninx cranio adhærebat. Omnia vasa cerebri tam exteriora quàm interiora sanguine admodum turgebant, piaque meninx quali leviter inflammata videbatur. Substantia cerebri obscurior, sanguineque saturatior erat. Aqua satis copiosa in cerebri ventriculis saporis subsalsi & parum acidi continebatur. Ductus inferior falcis ad

admodum magnus erat, quantus nunquam a Cl. Sylvio fuit observatus. Propè primum cerebri ventriculum anfractus & cavitas quasi observabatur, quales nunquam notavit Cl. Vir Domin. Sylvius. Circa sextum par nervorum multa hærebat aqua.

CASUS CXLVII.

21. Junii. **M**ulier quædam per 14. menses valetudinaria fuit; interim tamen iterum gestavit, & ante 4. menses peperit filium, ante 8. autem dies frigus sensit molestum, quod duravit per 14. hor. & calor per 2. tantum, qui mediocris; & hæc symptomata quotidie patitur; dehinc etiam dolor adest circa præcordia & sitis; assumto cibo valde angitur; leniter sudat, sed sudor est frigidus; palpitationem in lumbis in parte magis anteriore sentit; noctu non potest quiescere; unde capitis dolor; alvus satis respondet.

Hic affectus potest dici affectio hypochondriaca, qui comitem habet febrem algidam; pituitam autem peccare patet ex frigore summo, quod dependet à pituita.

23. Hæc bene se habuit; per 7. hor. duravit frigus; angitur in regione lumbari & magis parte anteriore; per 5. dies non deiecit; hodie nihil medicamentorum assumpsit, unde paroxysmus hesternus fuit gravior, & commoda quidem esset purgatio, quia alvus segnior, sed quia nullum commodum datur purgandi tempus, ob febrem, videndum quomodo in crastinum diem se habeat; frustra enim adhibentur medicamenta, si in ipso paroxysmo febrili adhibentur, nihil enim agunt, si aut in principio paroxysmi aut ante declinationem ejus exhibeantur; satius ergo esto, si nullum alias commodum datur purgandi tempus, ut illud observetur, quando febris declinatio adest. Non amplius tantum frigus, sed horror adhuc adest; ab ineunte æstate tussivit, ab assumto autem hoc medicamento per octiduum non tantum tussivit.

26. Ab assumto hydragogo commodè deiecit; hodie manè bene se habuit, sed post meridiem iterum malè; videtur ipsi cor innatare aqua ab halitibus & vaporibus ex effervescentiâ in intestino tenui facta affurgentibus, & à saliva magis soluta & deglutita.

CASUS CXLVIII.

Mulier quædam de continuâ alvum deponendi necessitate conquesta est; quæ deiecit, sunt pituitosa & aliquo modo cruenta.

Tenesmo hæc mulier laborat, qui excitatus est à materiâ viscidâ acri adhaerente intestino crasso; de sequentibus suppositoriis subinde unum immitat in anum.

℞. Pulv. Rad. aristol. Ros.

Myrrh. Rubr.

Mastich.

Oliban.

Litharg. aur.

Lapid. calaminar. ana ℥ss.

Thereb. coct. q. s.

M. f. s. a. Suppositoria ad longitud. articuli digitorum.

CASUS CXLIX.

25. Junii. **M**ulier quædam conqueritur de dolore capitis & colli; qui per 6. septimanas duravit; non quievit per aliquot noctes ob dolorem dentium auriumque; Collum totum scrophulis tumidum & rigidum; menses ordinatè fluunt; cum febre & frigoris modo incidit in id malum; sæpè nudis pedibus incessit, usurpavit externa, non interna. Potest dici affectus hic catarrhus, ut vulgo solet, dolor dentium & aurium subinde gravior, subinde levior; causa est humor pituitosus, quod probant scrophulae, & serosus, quod dentium dolor auriumque subinde affligens affirmat.

℞. Mass. Pil. Cochiar. ℥j.

Resin. Jalapp. ℥j.

M. f. pilul. No. xxx.

Quotidie v. assumat.

CASUS CL.

Juvenis per 3. septimanas inflammationem in pede habuit sinistro cum febre, ab illo tempore de angustia, ardore faucium, pectorisque dolore conquestus est; nullum saporem in cibis percipit; per 4. dies non deiecit. Præscriptus est

haustus hydragogus & mixtura consueta. Ardor in faucibus remittit, nec & sitis per se cupit. Hodie die id conquestus est de tussis, inprimis noctu urgente, dolorem sentit circa cartilagineam ensiformem, quando tussit; sicciora non potest deglutire, partim propter salivæ defectum; partim quia illa partes excoriatae fuerit, unde minus apta ad promovendam deglutitionem; noctu ob tussim molestam non potest quiescere, ad leniendos igitur dolores acres, de sequi decoct. subinde haustum assumat.

R. Rad. alth. ℥ij.
 Liquirit. Raf. ℥ss.
 Fenic. ℥j.
 Fol. ruffilag. ℥ss.
 Hyssop. ana Mj.
 Rasur. C. C. ℥ij.
 Coqu. ex aqu. pur. in Colatur. ℥xxx.
 Dissolv.
 Syr. jusub. ℥ij.
 M.

CASUS CLII

PUella quaedam conqueritur per 3. septimanas se male habuisse; frigus in lumbis sensisse; durasse ad hunc diem, ubi primo calorem percipit, dolorem capitis patitur, nec non quandoque insultus epilepticos; intra 3. septimanas semel deiecit; dolorem per totum corpus quoque sentit, ut vix tegumenta ferre possit.

A pituita acidâ primarium malum dependere putat Cl. Sylv. & vult adhiberi medicamenta sale volat. abundantia. Alvus per aliquot dies & septimanas fuit adstricta, quod deducit Domin. Sylv. à spir. acid. Adhibenda ergò quæ bilem augent, ut sunt Sal Tartari it. Oleum Tartari per deliqu. quod spir. acid. contemperat.

CASUS CLIII

JUvenis quidam cum valde incallescere, ante ostiduum adivit mare, & se in eo lavit; post balneum iterum incallescens largiter frigidum assumpsit potum, à quo tempore incidit in febrem, uti mox incaluit, mox friguit, molestiam præterea in lumbis sentit, & adhuc sentit, præterea tussit & tussiendo cruenta excernit, dolorem per totum corpus sentit inprimis in pectoris latere dextro, eoque magis quando respirat & tussit;

difficilis adest respiratio; pulsus durus, celer & frequens; sitis intensa. Pleuritide hunc ægrum laborare manifestum est ex symptomatibus relatis, adest enim febris, dolor pectoris, difficilis respiratio, sitis & tussis. Omnes humores male affectos esse judicat Domin. Sylv. idque ab externo frigore, cum in balneum se recepisset, & ab interno frigore, dum potum frigidum copiose hauserit, contractum. Et si jam calor aeris in illo ægro percipitur, tamen per calida debet curari. Propinetur mixtura consueta.

14 Julii. Hodie majorem perturbationem in lumbis sentit, & calor acrior, omniaque symptomata graviora sunt quam heri tussiendo sputa cruenta excernit; alternis diebus pejus habet, & hinc concludendum febrem tertianam continuam intercurrere, & ob novam exacerbationem febrilem symptomata graviora hodie fuerunt, quam heri.

CASUS CLIV

ANcilla per 3. dies dolores per totum corpus inprimis in capite sentit, idque a frigore externo contraxit; per 4. dies non deiecit, dolores quoque circa præcordia habet, omnia potulenta, quæ assumit, iterum evomit, quæ delinque sapiunt saporem amarum, noctu non quiescit; pulsus præter naturam frequentior, menses alias bene se habent. Assumat mixtur. consuetam.

CASUS CLV

12. Julii. PUella quaedam conqueritur de dolore circa præcordia, continuo vomitu, & faucium ardore; noctu non quiescit.

R. Diascord. Fracast. ℥ij.
 Syrup. myrtin. ℥j.
 Laud. Opiat. gr. ij.
 Aqu. Citramom. ℥ss.
 Plantag. ℥ij.
 Misc.

14. Julii. Dolorem sentit in urina redditione; sedimentum urinae purulentum est, ab exulceratione colli vesicæ; ab assumtis cibis gravatur; omnia evomit, ut vix aliquid possit assumere. Obiit.

Annotata ex Sectione Galaveris ipsius.

Intestinum colon in dextro latere firmiter adhaerebat peritonæo. Vesica coalebat cum utero, & uterum cum reliquis partibus, omniaque intestina utero vicina coaluerant. Partes uteri & uterum ipse male erant affecta, & inter intestinum rectum & uterum materia purulenta reperiebatur. Uteri substantia magis crassa erat, quam debebat, magisque erat porosa, uti contingit, in illis, quibus menstrua fluunt. In interiore vesicæ parte exulceratio, materiaque purulenta notabatur. Renes præter naturam majores erant, pallidi coloris ac figuræ inæqualis.

In utroque rene materia purulenta observabatur. Ureter dexter admodum magnus erat, & liquor aliquis in illo continebatur; rubebat quoque, sed magis in parte inferiore, quam superiore. Circa insertionem hujus uretheris dextri in vesicam erat obstaculum, quo stylus penetrare non poterat; urether sinister magis tenuior, nec tam crassus uti dexter; magis teres, totiusque substantia delicatior erat. In mesenterio apostema reperiebatur, satisque magna puris quantitas illo aperto effluebat.

Intestinum tenue, quod sub mesenterio fertur, & in quod inseruntur ductus pancreaticus & biliaris secundum internam substantiam suam erat excoriata, leviterque inflammata; nullus mucus in illo reperiebatur, qui alias naturaliter adest.

NB. Ab intestino illo tenui vas notabile, in quo liquor aliquis continebatur, prodibat, definens in glandulas lombares; præterea plexus plurimorum vasorum, sed magis exiguorum, quæ ex eodem intestino prodibant, & in glandulas lombares definiebant, observabatur. Ventriculus tam parvus & contractus erat, ut facile pro parte intestini alpici potuisset.

Lien præter naturam durior erat, ut & gravior. Hepar penè naturaliter se habebat; Vesicula felle plena erat bile, partesque ejus vicinæ coloris bilis erant tinctæ. In thorace omnia bene se habebant, nisi quod in cordis substantiâ externâ macula alba notabatur, quasi membrana esset combusta.

C A S U S C L V

PUella quædam ante 5. septimanas ad hoc usque tempus valetudinaria fuit, & quotidie sensit paroxysmos febriles; initio paroxysmi sen-

sit frigus in lumbis, & debuit per totum abdomen, & denique per pedes dispersum; ut pedes quasi aqua frigida limpositos esse, sibi videatur. 15. dies post cum male se habere cepit, evomit sanguinem, & cum sanguine bilem; abhorret ab omni potu, excepta aqua; caput dolet, & vertigine subinde laborat; per 27. dies non dejecit, molestiamque circa regionem ventriculi percipit. Ad alterandos & præparandos humores præscripta est mixtura consueta.

C A S U S C L V I

PUella quædam per 4. annos valetudinaria fuit, ubi per totum illud tempus dolores in lumbis sensit, sed non tam graves uti jam; per aliquot dies febrem habuit, cum capitis dolore; ante hæc omnia, quæ assumit, iterum evomit, sed vomitus ille jam cessavit; appetitus est prostratus; alternis diebus semel dejecit.

Præscripta est mixtura consueta.

C A S U S C L V I I

Vir quidam conqueritur de linguæ siccitate & faucium ardore; non potest commode deglutire, mane cum surgit, vertiginem patitur, ac interdum sibilum aurium; ante triduum febrem sensit cum tremore.

R. Aqu. Bethon. ℥ij.
Fenic. ℥j.
Spir. Salis Gutt. vi.
Syr. quinque Rad. ℥j.
M. & assumat cochlearim.

C A S U S C L V I I I

PUella quædam conqueritur de summis oculorum doloribus.

R. Aqu. Rosar. alb. ℥ij.
Fenic. ℥j.
Croc. Opt. gr. ij.
Opit. Thebaic. gr. j.
Misc. pro Gallyrio, quod guttatim in oculorum angulos immittat.

CASUS CLIX.

JUvenis quidam valde pituitosus de gravi auditu conquestus; præterea & de seroso tumore in inferioris maxillæ parte anteriore circa latus menti, cui sequentia sunt præscripta.

R. *Mass. Pil. fetid. Maj.*
Cochiar. ana. ℥℥.
Ol. cariophyll. Gutt. iij.
M. f. pilul. No. xxv.
Deaurentur. Dosis No. iij.

Ad gravem auditum.

R. *Ol. castor. ℥ij.*
Succin. ℥j.
M.

Excipiatur Gutt. j. aut ij. gossypio, & in eavitatem auris immittatur.

Ubi dolor ex distensione membranarum aut peritonæi à flatibus, tum olea conducunt, quæ partes illas reddunt magis explicabiles.

R. *Ung. alth. simpl.*
Martiat. ana ℥ij.

Ol. lilior. alb. ratione flatuum discutendorum externè valdè conducit, cui si jungatur nardin. & chamæmel. magis penetrat, discutit solvit & temperat acrimoniam.

Annotata ex sectione pueri de summis & immensis abdominis doloribus dum adhuc in vivis esset, conquerentis.

Abdomen admodum turgebat, eoque dissecto aqua colore ex albo viridescente instar seri lactis effluebat. Omnis abdominis pinguedo consumpta erat; Inter peritonæum & omentum satis magna quantitas materiæ lactè coagulato, tam ratione coloris, quàm consistentiæ non absimilis continebatur ad ℥ij. Membrana intestina tegens admodum crassa & quasi cornea facta erat, intestinisque firmiter adhærebat. Peritonæi pars in superiore parte dextrâ tam dura erat, ut tangenti facilè (quoad consistentiam,) pro cartilagine haberi potuisset. Ex cavitate quam constituit omentum alligatum fundo ventriculi sinistrae lienis parti & intestino colo aqua flava ad aliquot cochlearia exhauriebatur. Intestina in se invicem coalita erant, & non nisi summâ cum difficultate separari poterant.

EXPLI. C. A. T. I. O.

CASUS CLX.

